
438

Codex

de

1645

11038


0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

Réimpression exacte de l'Édition
de 1638 | tout le texte
mais recomposé

Rés 11038 / 1038

CODEX MEDICAMENTARIVS SEV PHARMACOPOEA PARISIENSIS.

EX MANDATO FACVLTATIS
Medicinæ Parisiensis in lucem edita
M. PHILIPPO HARDVINO
DE S. IACQVES *Decano.*



ECOLE DE PHARMACIE DE PARIS

LVTETIÆ PARISIORVM,
Sumptibus OLIVARII DE VARENNES,
viâ Iacobæâ, Sub Vase aureo.

M. DC. XXXXV. 1645.
Cum Priuilegio Regis.

Multa quàm ſuperuacua eſſent non intelleximus, niſi cum deeſſe cœperunt. Vtebamur illis non quia debebamus, ſed quia habebamus: Quam multa ante parabamus, quia alij parauerunt quia apud pleroſque ſunt.

Seneca epiſt. 124.

LECTORI BENEVOLO.



VM animaduerterent Medici Parisienses Pharmacopœos ex variis variorum authorum monimentis medicamenta componere : plærosque Mesuæi aut Nicolai placita, quosdam Boderonij aut Valerij Cordi mandata, aut etiam cuiuslibet obuij & nullius eruditionis viri præceptrices chartulas sectari, paucos admodum esse, vel plane nullos, qui trita à doctissimo Fernelio via insistere vellent, aut probatas à Facultate Medica Parisiensi remediorum formulas sibi proponere : nonnullos hinc inde suarum operationum duces & leges omnino ad libitum, nullo iudicio vel delectu sibi quærere ac statuere : alios quoque eo iam temeritatis & audaciæ peruenisse, vt consuetis & antea passim receptis compositionibus quædam adiicerent aut detraherent, peculiarem sibi ac suis pharmacopœam descripturi : aut validioris alicuius medicamenti simplicis quantitatem augerent, vt largiore peracta vacuatione, fidem facerent apud imperitos, efficaciora sibi præstantioraque medicamenta suppetere : aliisque prope infinitis artibus in ægrorum salutem & commoda peccantes, vnius rei familiaris augendæ studio tenerentur. Non immeri-

to Schola Medica Parisiensis vt & Senatus consultis obtemperaret, & Medicorum orbis ferme totius Gallicani votis annueret, exscribendum seriò & euulgandum curauit hocce Pharmaceuticum opusculum, quod medicamenta ad vsum totius ciuitatis & Christianæ Reipublicæ necessariò paranda contineret, & incertum hactenus minimeque constitutum remediorum compositorum numerum definiret. Inutilibus plærisque & superuacaneis onerari magis quam ornari suas officinas Pharmacopœi non diffitentur, sibi ex multorum & inanium iactura detrimentum accedere; nihil vbique locorum idem aut eadem ratione factitari; adeo Medicis quantumlibet peritis ac sagacibus exploratum esse non potest, quid in singulis officinis prostet, quoue modo medicamenta concinnentur. Quippe cum ea quæ frequentius in vsum veniunt, variis mendis atque erroribus deprauata & maculata describantur, quæ autem rarenter vsurpantur, rancida & exoleta, ac proinde vieta, magno valetudinis detrimento ægris obtrudantur ab ijs pharmacopolis, qui cuiusuis reculæ iacturam ægre molesteque ferunt. Atque id causæ fuit, Amice Lector, cur nobis à Facultate nominatis, & Collegis nostris sæpe conuocatis adeo necessarius visus fuerit codex iste medicamentarius, qui deprauata superioribus sæculis ac pene distorta reformaret, & ea tantum quæ necessaria sunt, ad omnes tamen seorsim affectus contra naturam dicata & idonea

pharmaca comprehenderet. Quod vt facilius assequi liceret, Ioannem Fernelium, Medicum Parisiensem velut antesignanum sequuti, librum illius methodi medendi septimum euolendum putauimus, & ad examen veritatis & χειροτεχνίαν sedulo reuocandum. Eiusdem exemplo compositiones plurimas quanquam veterum monimentis consignatas & vsu comprobatas rescidimus, quod ex confusa & incondita pugnantium medicamentorum simplicium miscella constarent, quasi nulla ratione, nulla methodo, ad nullum peculiare commodum aut effectum consarcinatæ. Neque verò eas omnes, quæ Fernelio placuere ciuitate donauimus: plærasque circuncidimus, alias ampliauimus, nonnullas, vt profligandis morbis magis conuenirent, æstimatis simplicium viribus, immutauimus. Vulgatas appellationes & tritas, quantum fieri potuit, retinuimus, sed auctis interdum vel imminutis medicamentorum ponderibus & mensuris, reiectis minus idoneis, aut validioribus suffectis: vbique nostratia peregrinis & exoticis, cognita ignotis, certa incertis, manifesta occultis anteponenda censuimus. Pharmacopœas, quæ toto orbe circumferuntur, insigniores, probatiores pene omnes expendimus, examinauimus; in iis si quæ plurimorum hominum, recte iudicantium rationi consentanea visa sunt, illibata remansere, quæ secus habere deprehendimus, abrogata: ita tamen vt nulla pene iam desciptio sit, quæ non emendatior prodeat in lucem: &

paucæ admodum ſtyli Pariſienſis cenſuram effugerint. Adeo accuratè quid in vnaquaque vtile eſſet, aut ſuperuacuum, gratum aut inſuaue diſcuſſum à nobis fuit, vt ſingulæ non tam reſtauratæ & redingratæ, quam reformatæ, ſeu nouam formam induiſſe videantur: neque ampliùs Meſuæi, Nicolai, Bauderonij, aut cuiuſuis alterius nomen retineant, ſed mutato nomine Pariſienſes dici debeant. Equidem hic nihil ad oſtentationem & pompam comparatum inuenies, nihil non apprimè neceſſarium: pauca ex ingenti remediorum ſylua congeſta, ſelecta, optima, potentiſſima, innocentiſſima, vnum ſæpe ac ſingulare ex multis ad eundem ſcopum collimantibus medicamentum conglobatum & compactum, ſed longe fœliciore dioriſmo, ne quis affectus præter naturam auxilio conueniente deſtitutus relinquatur, neue inanium, exoletorum, inſolentium, infrequentium, δυσχρηστίων multitudine obrutus & quaſi attonitus medicinæ ſtudioſus pendeat animi ſemper, hæreatque neſcius, quodnam ex multis ac propemodum infinitis & eaſdem facultates ſortitis anteponat. Illas autem compoſitiones pharmaceuticas, quæ citra laborem aut apparatum atque ex tempore fieri poſſunt aut quarum ſimplicia viribus integris ſemper ſunt ad manum, conſultò prætermiſimus, quia debent illæ pro re nata præſcribi, & expedite componi, vt efficaciores ſint. Si quæ tamen eiuſmodi in huncce noſtrum codicem relatæ cernuntur, id ſane vel accurata

præparatio, & peculiaris quidam operandi modus diligenter vbique à nobis obseruatus, aut frequentior & ferme quotidianus earum vsus impetrauit. Quæ porrò medicamenta composita ad singulares quosdam morbos facere credunt, hic vltrò ac volentes omisimus, quod hæc in propria singulorum curatione, ex descriptis generalibus varie compingi possint, vel adiectis aliis simplicibus accommodatis & idoneis concinnari. Vt selectorum & descriptorum à Facultate Parisiensi pharmacorum numerus sufficere, & complendæ pharmacopœæ, & omnium morborum causis summouendis satis esse posse videatur, cum nihil quicquam aliæ descriptiones admittant, quod non fœlicius nostræ polliceantur ac præstent: vt pote multis hinc indelibratis rationum momentis, multa & longa experientia tanquam firmissimis stabilitæ fundamentis: ac huius quidem adminiculo plurima deprehenduntur, quæ medicos incautos fallere, & in varios errores præcipites rapere possunt, aut aliis ex commentario tantum edoctis fucum facere. Vt enim omnia quàm emendatissima in vulgus emanarent, & Pharmacopœis facti tanda crederentur, crebro vsu probari & confirmari oportuit: atque vt nonnulla coëgit ratio, sic plurima iussit experientia corrigere vel immutare, dum nimirum singula palam ac spectantibus nobis deliguntur, præparantur, miscentur in Scholis, & probe examinata, formanque & effectum adepta salutarem

ab vnoquoque noſtrum in artis operibus comprobantur. His igitur, quæ mole perexigua ſunt, virium vbertate maxima, vt decet, & licet hominum ingenio apparatis, ſuis, ſi quid ſcimus aut ſapimus, numeris abſolutis, fruere Lector, bonique conſule, quod remediorum dotes, doſeſque ſubticere ſatius duximus; ne quod plæriſque benefactum creditur, id quorundam inſcitia aut effrænata audacia vitio ac probro vertat, vel in hominum iniuriam ſuamque perniciem male vtentium furor aut libido detorqueat. Remedia ſi vſquam imperitorum manu & prauitate perpendimus, nihil non noſtro malo accipimus, nihil tam manifeſtæ vtilitatis eſt, quod non in contrarium transferat culpa. Quamobrem librum hunc medicamentarium ſolis Medicis conſcriptum volumus, & peritis Pharmacopœis, ſed medicorum præcipientium dictis ſcriptiſque vbique obſequentibus, vt nutantem iampridem, imo fluctantem ac pene pereuntem, cum artificum nonnullorum ignauia, tum miniſtrorum artis licentia pharmaceuticen, præceptis hiſce noſtris, iacta velut anchora firmare tandem aliquando ac ſtabilire valeamus.

EXTRAICT

EXTRAICT DES REGISTRES de Parlement.

VEV par la Cour la requeſte a elle preſentée par le Procureur general du Roy, par laquelle attendu que par Arreſt du troiſieſme Aouſt mil cinq cens quatre-vingt dix, auroit eſté ordonné, que pour le bien publicq la Faculté de Medecine s'aſſembleroit pour eſlire dix Docteurs d'icelle, qui rediger oient par eſcrit vn Diſpenſaire, contenant les ſimples & compoſez, que les Apothicaires à Paris doiuent tenir en leurs boutiques. Et depuis ladite Cour aduertie de la negligence, auroit le vingt-cinquieſme Octobre mil cinq cens quatre-vingt dix-ſept nõmé douze Docteurs de la Faculté, auſquels ladite Cour auroit enioint rediger par eſcrit ledit Diſpenſaire, & en certifier la Cour dans trois mois lors enſuiuant. Et encores par Arreſt du douzieſme Septembre mil cinq cens quatre-vingt dix-huict, auroit eſté enioint aux douze Medecins nommez par l'Arreſt d'Octobre, ou à ſix d'entr'eux, de rediger par eſcrit ledit Diſpenſaire. A quoy leſdits de la Faculté n'ont aucunement ſatisfait. Il requeroit eſtre ordonné que le Doyen de ladite Faculté fera icelle aſſembler, pour deputer quatre Docteurs de tout le Corps, qui auecque le Doyen de ladite Faculté ſe chargeroient de ſatisfaire auſdits Arreſts, & d'en certifier la Cour dans trois mois, autrement y ſeroit pourueu par la Cour. Tout conſideré ladite Cour ayant eſgard à ladite requeſte a ordonné & ordonne, que aſſemblée ſera faite de ladite Faculté de Medecine, pour deputer quatre Docteurs d'icelle, leſquels auecque le Doyen de ladite Faculté ſeront tenus ſatisfaire auſdits Arreſts dans trois mois pour toutes

prefixions & delais: Leur enioint en certifier la Cour dans ledit temps, autrement à faute de ce faire ledit temps passé, sera fait droit sur les conclusions dudit Procureur general ainsi qu'il appartiendra par raison. Fait en Parlement le vingtiesme Decembre l'an mil cinq cens quatre-vingt & dix neuf. Ainsi signé VOYSIN.

EXTRAICT DES REGISTRES de Parlement.

SVR ce qui a esté remõstré à la Chambre des Vacations par le Procureur general du Roy, qu'il a receu plusieurs plaintes du desordre & confusion qui a glissé en l'exercice de Medecine en cette ville de Paris, contre les Reglemens cy-deuant faicts, mesme par Arrest de l'an 1536. aussi peu executé qu'il est vtile au public, & santé des particuliers, la plus part desquels se laissent facilement deceuoir soubs la qualité de Medecin indifferemment prise, sans estre âpprouuez par le College de la Faculté de Medecine, suppliant la Chambre d'y pouruoir: ledit Arrest de reglement veu, matiere mise en deliberation: Ladite Chambre a ordonné & ordonne que l'Arrest du mois d'Aoust 1536. sera gardé, obserué & entretenu selon sa forme & teneur: Et suiuant iceluy a fait & fait inhibitions & defenses à tous Empiriques & autres non approuuez de la Faculté de Medecine en l'Vniuersité de Paris, de pratiquer ny exercer l'Art de Medecine en cette ville & faux-bourgs de Paris, à peine d'amende arbitraire, & de plus grande punition s'il y eschet. Fait aussi defenses sur mesmes peines à tous Apothicaires & Espiciers, de donner aucune medecine aux mala-

des sur autres receptes & ordonnances que des Docteurs en ladite Faculté, ou qui seront approuuez d'icelle, des Medecins ordinaires du Roy & de ceux du sang Royal, seruans actuellement : lesquelles ordonnances seront dattées & signées : & chacun an le Doyen par l'aduis de ladite Faculté, fera vn roolle des noms & surnoms des Medecins, qui pourront pratiquer en ladite ville & faux-bourgs de Paris, lequel roolle sera par luy deliuré aux Gardes & Iurez Apothicaires pour en bailler copie à tous Apothicaires, dont ledit Doyen prendra vne descharge. Outre fait defenses ausdits Medecins de consulter auec lesdits Empiriques, ny bailler attestation de la capacité d'aucuns estudians en Medecine, pour pratiquer, & aux Iuges d'y auoir esgard. A enjoint & enioint aux douze Medecins nommez par l'Arrest du 12. Octobre dernier, ou à six d'entr'eux, en l'absence des autres, de rediger par escrit le Dispensaire. Enioint au Preuost de Paris, tenir la main à l'execution du present Arrest, ensemble l'Arrest donné en l'an 1536. & s'informer des contrauentions. Fait en ladite Chambre des Vacations le 12. Septembre 1598.

Ainsi signé VOYSIN.

CATALOGVS DOCTORVM
Regentium ſaluberrimæ Facultatis Medicinæ Pariſienſis an. 1638.

M. Petrus Seguin, primarius Reginæ Medicus & antiquior Magiſter.
M. Iacobus Couſinot.
M. Nicolaus Pietre.
M. Simon Bazin.
M. Simon le Tellier, Medicus Regius.
M. Michaël Toutain.
M. Ioannes Riolan, Profeſſor Regius & primarius Reginæ Matris Medicus.
M. Dionyſius Guerin.
M. Quirinus le Vignon.
M. Carolus Bouuard, primarius Regis Medicus.
M. Georgius Arbaud.
M. Renatus Chartier, Medicus Regius.
M. Ioannes Degorris, Medicus Regius.
M. Gabriel Biard.
M. Ioannes Couſin.

M. Nicolaus Henaut.
M. Gaſpard Braier.
M. Guillielmus du Val, Profeſſor Regius.
M. Georgius Cornuti.
M. Franciſcus Leſpicier.
M. Iacobus Perreau.
M. Michaël de la Vigne.
M. Gabriel Harduin de S. Iacques.
M. Ioannes Merlet.
M. Franciſcus Guenaut.
M. Claudius Geruais.
M. Guillielmus de Vailli.
M. Petrus le Comte.
M. Claudius de Pois.
M. Mauricius de Monſtr'œil.
M. Ioannes Bourgeois.
M. Carolus le Clerc.
M. Bartholomæus Baralis, Medicus Regius.
M. Dionyſius le Soubs.
M. Antonius le Rat.
M. Robertus Tuloüe.
M. Ioannes Texier.
M. Petrus Beaurains.
M. Iacobus Couſinot, Medicus, & Profeſſor Regius ar-

que Delphinatis principis Medicus.

M. Lazarus Pena.

M. Dionyſius Allain.

M. Renatus Moreau, Profeſſor Regius.

M. Claudius Lienard.

M. Franciſcus mandat.

M. Ioannes Berault.

M. Franciſcus Boujonier.

M. Ludouicus Robillard.

M. Ioannes de Bourges.

M. Nicolaus Regnier.

M. Franciſcus Pijart.

M. Antonius Charpentier.

M. Thomas Gamare.

M. Claudius Quiquebeuf.

M. Ioannes du Cledat.

M. Franciſcus des François.

M. Helias Beda.

M. Philippus Harduin de S. Iacques, Decanus.

M. Hermannus de Launai.

M. Petrus Sauare.

M. Iacobus Iouuin.

M. Carolus Guillemeau, Medicus Regis ordinarius.

M. Iacobus Cornuti.

M. Philibertus Moriſſet.
M. Guillielmus du Pré.
M. Antonius Suart.
M. Vrbanus Bodineau, Medicus Regius.
M. Iacobus Theuart.
M. Guido Patin.
M. Cyprianus Hubaut.
M. Nicolaus Braier.
M. Petrus Guenaut.
M. Sebaſtianus Rainſſant.
M. Simon le Lettier.
M. Ioannes Baptiſta Ferrand.
M. Claudius Seguin, Profeſſor Regius.
M. Ioannes Vacherot.
M. Nicolaus Heliot.
M. Hugo Chaſles.
M. Georgius Ioudouin.
M. Victor Pallu.
M. Gilbertus Puilon.
M. Claudius Chreſtien.
M. Nicolaus Langlois.
M. Iacobus Renaut.
M. Petrus. Hommets.
M. Carolus du Pré.
M. Nicolaus Matthieu.
M. Iaçobus Mantel.

M. Lancelotus de Frades.
M. Franciſcus Blondel.
M. Mathurinus Alton.
M. Petrus le Comte.
M. Ludouicus Renoüard.
M. Germanus Preaux.
M. Claudius Germain.
M. Petrus Ion.
M. Ioannes Pietre.
M. Ioannes Chartier.
M. Petrus Legier.
M. Franciſcus le Vignon.
M. Mathurinus Denjau.
M. Petrus Richer.
M. Petrus Iuelin.
M. Claudius Guerin.
M. Petrus le Mercier.
M. Nicolaus Richard.
M. Nicolaus Cappon.
M. Petrus Conſtant.
M. Leo le Tourneurs.
M. Durandus Franciſcus Ion.

CODEX MEDICAMENTARIVS PARISIENSIS.

AQVÆ STILLATITIÆ.

Aqua foliorum Lactucæ, Portulacæ.

℞. Herbas illas virentes legitimo tempore lectas & expurgatas antequam femine prægnantes sint, minutim concidantur & tundantur in mortario lapideo cum pistillo ligneo, postea in linteum rarum & nitidū coniectæ torculari subiganturdum succum profundant, qui adhuc recens ac turbidus in vaporarium vitreū conijciendus est, cui stillans capitellum inducatur cœmento vel luto tenaci obsignatum, è cuius cervice receptaculum propendeat diligenter obseratum.

Cucurbita autem in cacabum æneum aqua re-

fertum igni superpositum sic immitti debet, vt fundum eius non attingat: quod commodè fiet suppositio aliquo circulo ferreo cui innitatur. Cacabo verò aptari debet operculum æneum vel plumbeum, quod pertusum sit & amplis foraminibus peruium pro ratione magnitudinis cucurbitarum: ita vt emergentes per ea foramina cucurbitæ exquisitæ connectantur & debitam inter se seruent distantiam. In cuius operculi angulis duo alia debent esse foramina longe à cucurbitis dissita, quæ modo obturari, modo aperiri possint, ad vaporum emissionem & caloris in balneo contenti ventilationem; atque vt priusquam aqua maiori ex parte dissipetur, infundatur alia calida aut saltem tepida, quæ plus minusve calefacienda est pro materiæ in vaporario contentæ conditione. Simili ratione elicientur sequentes.

Aqua foliorum	Fumariæ,
	Solani,
	Oxytriphylli,
	Parietariæ,
	Chelidonij,
	Cichorij,
	Scabiosæ,
	Vlmariæ,
	Cardui benedicti,
foliorum & florum	Borraginis & Bugloss.

Aqua foliorum & florum papaueris albi & nigri in hunc modum educitur.

℞. Fol. & florum papaueris albi & nigri ana partes æquales. Terantur affundendo ſingulis libris plantarum aquæ limpidiſſimæ vncias tres: ſtatim prælo ſubigantur, & ſuccus extrahatur, qui minimè defæcatus miſſus in vas vitreum deſtilletur per Balneum Mariæ.

Eodem modo deſtillatur

Aqua foliorum & florum	Euphraſiæ,
foliorum & florum	Papaueris erratici,
foliorum	Scordij,
ſummitatum	Fœniculi,
foliorum & fructuum	Halicacabi.

Aqua roſarum hocce peculiari modo parari debet.

℞. Roſarum rubrarum à parte flaua repurgatarum libras decem.

Roſarum albarum ſimiliter repurgatarum libras quinque.

Terantur in pila marmorea, ſuperaffuſis aquæ puriſſimę libris tribus & vnciis nouem.

Macerentur per biduum, dein valida fiat expreſſio torcularis compreſſu, & ſuccus à fæcibus nondum repurgatus deſtilletur in Balneo Mariæ.

Aqua foliorum Plantaginis.

Nullo alieno admixto liquore extrahitur iisdem contusis, per biduum in proprio succo maceratis, dein forti expressione torcularis ope detrahitur succus qui nondum declaratus in vaporarium Balneo Mariæ immittendum conijcitur.

Aqua florum Nymphææ ita paratur.

℞. Florum alborum Nymphææ integrorum libras decem.

Terantur affundendo sensim aquæ pluuialis libras duas & semissem; statimque citra expressionem mittantur in cucurbitam, & destillentur in Balneo Mariæ.

Aqua Saluiæ.

Educitur è Saluiæ foliis & floribus recentibus expurgatis; quæ dum contunduntur vni libræ sensim affundi debent vini albi vnciæ quatuor, dein eo succo immersa ac madentia in fictile vas omnis alienæ qualitatis expers reconduntur & operiuntur loco tepido per biduum, postea prælo succus exprimitur, qui nondum defæcatus in vaporarium mittitur Balneo Mariæ immergendum, vel per refrigeratorium etiam elici potest, quemadmodum & quæ sequuntur.

Aqua foliorum Hyssopi,
Melissæ,
Artemisiæ,

Foliorum & florum Primulæ veris.

Quæ æqualibus aquæ & vini albi partibus irrorari debent, id eſt ana vnciis duabus ſuper libra vna herbarum contundendarum.

Item, Aqua fol. Saxifragi.
Pimpinellæ.

Sed affuſa tantum quarta parte vini albi, id eſt vncia vna, & tribus aquæ limpidiſſimæ dum libra vna herbarum tunditur.

Eæ aquæ debent aliquot dies inſolari in vaſis carta foraminulenta obturatis: præſertim vero quæ frigidæ ſunt.

Vas quod materiam deſtillandam continet igni ſubducendum eſt, finiſque deſtillationi imponendus antequam fæces omni humore defraudatæ ſint, ſed dum adhuc multo humore circumfluunt.

AQVÆ COMPOSITÆ.

Aqua Cinamomi.

℞. Cinamomi optimi parum triti, libram ſemiſſem.

Aquæ Roſarum,
Et vini albi generoſi } ana libram vnam.

Miſceantur & infundantur ſimul ſuper cineres calidos horis viginti quatuor in vaſe vitreo ritè operculato, ſequenti die deſtillentur per cineres. Aqua prius educta, vtpote validior, ſeparetur ab alia.

Aqua Theriacalis.

℞. radicum Helenij,
Gentianæ,
Tormentillæ,
Angelicæ veræ, } ana vnciam vnam.
Cyperi,
Zedoariæ,
corticis Citri ſicci,
Aranciorum

Cinamomi,
Caryophyllorum,
Galangæ,
seminis Cardui Benedicti, } ana semunciam.
granorum Iuniperi,
foliorum Dictamini albi

Terantur macerenturque per biduum in vase vitreo oris angustioris bene obturati in vini albi libris octo.

Adde foliorum

Scordij,
Melissæ,
Majoranæ,
Caryophyllatæ cum radice,
Scabiosæ, } ana manipulum vnum.
Borraginis,
Aranciorum,
Saluiæ,
Anthos

Infundantur iterum per diem sequentem integrum cum prædictis.

Post fortem expressionem dissolue & infunde per noctem

Theriaces veteris vncias duas,
Confectionis de Hyacintho, } ana vnciam vnam.
& è Cocco Baphico }

Omnia in cucurbitam vitream conijciantur, & destillentur in Balneo Mariæ: aqua prima seruetur in vsus seorsim à secunda.

Spiritus vini, vulgò aqua vitæ

Ex vino generoso eiusque fœcibus prolicitur, immissis in vas cupreum tertia duntaxat sui parte repletum, igni superpositum, in quo rostrum prominet longissimum & instar serpentis flexuosum, vt per dolium inferius positum aqua plenum traijciatur, itavt per superiorem dolij partem ingrediens, per infernam egrediatur, cui rostri extremitati vas excipiens aptetur, quod scrobe illius magnitudini respondente contineatur; ignis subditus initio validus esse debet.

Aqua secunda.

Ea seruabitur in officinis Pharmaceuticis, quæ fit ex aqua forti parata ex vitriolo & nitro postquam aurifabrorum operibus inseruiuit: ita vt ignaua iam reddita colorem cyaneum acquisierit: vel quæ cum in vsus Medicos reuocatur, portionem aquæ plantaginis, aut alterius conuenientis admisit.

Aqua

Aqua Aluminosa.

℞. Succorum Plantaginis, Portulacæ, Agrestæ, } ana libram vnam.
Aluminis rupei
Albumina ouorum duodecim

Prius agitata baculo in vas plumbeum conijciantur, & in Balneo Mariæ destillentur, aqua elicita destillatione insoletur, vt ante dictum est.

Acetum Stillatitium.

℞. Aceti optimi sufficientem quantitatem vt impleatur cucurbita ad tertiam tantum partem, imponatur vas in cineres, & destilletur primo lento igne, vt aqua inutilis eliciatur quæ phlegma vulgo nominatur, dein sensim ignem augendo, donec validus sit ac iuculentus, cuius beneficio liquor extrahatur in vsus quamplurimos asseruandus.

Acetum Rosaceum.

℞. Rosarum rubrarum mediæ maturitatis sine rore & pluuia collectarum, & in vmbra per triduum expansarum & resiccatarum libram vnam,
Aceti optimi libras duodecim.

Insolentur diebus quadraginta, deinde acetum coletur & vsui reponatur.

Acetum Scilliticum.

℞. Segmentorum Scillæ albæ, eorum nempe quæ media sunt inter corticem & cor, repurgatorum, filo traiectorum, & in vmbra per quadraginta dies siccatorum libram vnam.

Minutim concidatur, cultro è candidiore ligno parato, aut eburneo, in lagenam demittatur super affusis aceti vini albi libris octo.

Vas rite obturatum exponatur æstiuo tempore radiis solaribus per 40. dies: postea aperto vase totum transcolabitur, & leuiter exprimetur, acetumque à fæcibus residendo repurgatum, in lagenis diligenter occlusis seruabitur.

De Succis.

Succi fumariæ, succi rosarum pallidarum, & limonum liquidi tantum seruabuntur: limonum verò extrahetur è limonibus integerrimis à cortice toto & semine repurgatis, qui residendo & insolando probè defæcabitur.

Succi verò Oxyacanthæ, Cydoniorum, & Cerasorum prostabunt in officinis partim liquidi, partim igne solo autumni tempore inspissati.

Sola Sapa ex vuarum succo expresso & vindemiarum tempore cocto seruanda.

De Decoctis.

Parata ſemper habebunt Pharmacopœi duo decocta : primum decoctum eſt commune Clyſteris, quod fiet ex Malua, Althæa, Violaria & Senecione.

Alterum Ptiſanæ communis.

℞. Hordei integri leuiter linteo duriore confricati & lauti vncias quatuor.

Coquatur in aquæ libris duodecim, ad tertiæ partis conſumptionem.

Addendo ſub finem glycyrrhizæ & contuſæ vnciam vnam, qua iniecta ſtatim remoueatur ab igne, refrigerata & colata ſeruetur in vſum.

SYRVPI.

Syrupus è ſucco Limonum.

℞. Succi limonum defæcati, & colo laneo ſponte ſua, id eſt ſine expreſsione tranſmiſsi libram vnam.

Inſpergatur Sacchari optimi ad Electarij ſolidi concretionem cocti dum ab igne remouetur libris tribus.

Simulque diligenter miſceantur cochleari longo argenteo verſando dum colliquefacti Sacchari adhuc modicè calentis & ſucci exquiſita fiat permiſtio tumque in ſyrupum redigantur.

Sacchari autem optimi nomine intelligitur non albiſsimum, quale eſt Madarenſe & Canarienſe, quod adulteratum ſæpenumero inſtitores aduchunt, & optimi loco minus laudabile ſupponunt, quod cum lixiuio quodam eluunt, excoquunt, eiuſque portionem nigriorem abſtergent, & nonnunquam admixta calce albiſsimum reddunt vt optimum ementiantur, cujus tamen dulcedinem, ſuauitatem & gratiam non continet.

Sed præſtantiſsimum illud eſt quod durum, ſoli-

dum & mutuo metarum allisu sonorum, leue, dulcissimum, candidissimum, & niuis more scintillans, atque cohærens, quale Parmense est, quod minimum continet spumæ atque recrementi, in metas pyramidum æmulas coactum.

Vasa autem conficiendis syrupis acidis conuenientia sunt figulina vitrata, lapidea, nusquam ænea vel cuprea.

Syrupus Granatorum.

℞. Sacchari optimi coctione in Electarij solidi crassitudinem redacti libras tres;

Quibus adhuc modice feruentibus, igni tamen detractis, sensim affunde succi Granatorum depurati & stamine sine expressione traiecti libram vnam.

Misce diligenter rudicula, & reducantur in syrupum.

Syrupus ex succo acinorum rubentium spinæ racematæ transmarinæ vulgo de Ribes dictus.

℞. Succi acinorum rubentium spinæ racematæ transmarinæ contusione & expressione eliciti, optime depurati libram vnam.

Qua irrorentur sacchari prius in Electarij soliditatem cocti calentis dum ab igne seponitur libræ tres.

Ita vt ea irrorationè facta super cineribus calidis Saccharum succo spathula exquisite permisceatur, ita

vt Syrupi consistentiam nanciscantur.

Syrupus Oxyacanthæ vulgò Berberis.

℞. Sacchari ferè ad Penidiorum modum cocti adhuc feruentis dum igni aufertur libras tres.

In quod dilue & commisce succi Oxyacanthę tusę & pręlo commissę, colati & expurgati libram vnam.

Ita vt igne lento liquatum Saccharum & succus abeant in syrupum.

Oxymeli Simplex.

℞. Mellis optimi libras duas.

Aquę purissimę & limpidissimę libras quatuor.

Bulliant igne splendido & minime fumoso in vase stannato, donec omnis innatans spuma detracta fuerit, qua abiecta aceti vini albi clari acerrimi paulatim admisceatur libra vna.

Omniaque simul coquantur ad syrupi liquidiusculi consistentiam.

Mel autem optimum est quod è fauis sponte primum defluit, & virgineum vulgo nuncupatur, quod purum adeo est, vt totum perluceat, odorum, flauum, acerrimum dulcissimumque, & inter crassissimum atque tenuissimum mediocre, recentissimum, quodque spumę parum egerit, quale est Narbonense, quod facile Pharmacopœi sibi possunt comparare.

Hydromeli vinosum.

℞. Mellis optimi libras octo

Aquę fluuialis purissimę ac limpidissimę libras triginta duas.

Bulliant simul igne mediocri in vase idoneo, donec mel ipsum feruore assiduo sordes & spumam plane omnem eructarit, positque ouum gallinaceum crudum medio liquore fluctuare non subsidens: quod vbi compertum habueris, lebetem ab igne remoueto, refrigeratum prorsus liquorem istum mellitum in fictile recens & idoneæ magnitudinis, vel in cadum aut doliolum ligneum rite compactum, sartum, tectum, obturatum ne hiet, aut fatiscat, recondito, æstiuo soli, cœlo feruentissimo per sex integras septimanas aut etiam duos menses coquendum expurgandumque reponito.

Syrupus de Cichorio.

℞. Rad. Cichorij sylvestris vncias quatuor.

Radicis Taraxaci, } ana vnciam vnã & semissem.
Graminis. }

Foliorum Cichorij Sylvestris manipulos duos.

Foliorum Agrimonij,
Lactucæ domesticæ,
Taraxaci,
Scolopendrij vulgaris, seu linguę ceruinæ,
Polytrici,
Adianti nostratis,
Cuscutæ,
Fumariæ,
Lupuli,
ana manipulum vnum.

Baccarum seu fructum Halicacabi vncias duas.

Fia decoctio in libris quatuordecim aquæ dum decem supersint: in colato clarificato librarum quinque dissolue, & coque in Syrupum Sacchari optimi libras quatuor.

Syrupus de Cichorio compositus cum Rheo.

℞. Præscripti Decocti residuum siue libras quinque.

In quibus infunde per viginti quatuor horarum spatium rhei electi minutim effracti vncias decem.

Santali citrini,
Cinamomi,
ana vnciam semissem.

Colatum fortiter expressum dissoluatur in prædicto Syrupo simplici qui est librarum quinque.

Eaque de causa vltra Syrupi consistentiam coquendus

quendus est, eique exquisite misceatur, & iterùm lento igne in syrupum redigantur.

Syrupus Capillarium.

℞. Adianti vulgaris,
Polytrici,
Saluiæ vitæ, seu Rutæ murariæ,
Scolopendrij vulgaris, seu linguæ ceruinæ
} ana manipulos duos.

Saxifragi,
Betonicæ,
Pimpinellæ.
} ana manipulum vnum.

Macerentur per viginti quatuor horas in aquæ libris duodecim.

Dein coquantur ad tertias, in colato leuiterque expresso dissolue sacchari optimi libras sex & semissem. Coquantur in syrupi crassitudinem.

Syrupus Rosarum siccarum.

℞. Rosarum rubrarum arefactarum in vmbra libram vnam.

Macera horis viginti quatuor in aquæ fluuialis tepentis libris quatuor.

Sequenti die parem rosarum quantitatem in eadem aqua macera, atque etiam tertio.

In expresso dilue sacchari optimi libras duas.

Percoquanturque in syrupum.

Syrupus Nymphææ.

℞. Florum Nymphææ alborum mundatorum, id eſt vireſcente, ac herbacea nec non flaua parte reiecta, libras duas.

Infunde per viginti quatuor horas in aquæ puriſſimæ tepentis libris ſex.

Leui expreſſione facta noui flores eadem quantitate ſimiliter per diem naturalem in eadem aqua infundantur, abiecto prius infuſorum florum magmate.

In leuiter expreſſo colato & clarificato cum ſacchari libra vna.

Diſſolue ſacchari optimi libras quatuor.

Coque in ſyrupum.

Diacodium ſeu ſyrupus de Papauere.

℞. Capitum magnitudine mediocrium papaueris albi & nigri ſtatim poſt flores deciſos, ana libram vnam.

Macerentur per diem naturalem in aquæ puriſſimæ & limpidiſſimæ libris ſex.

Leuiter poſtea calefiant, quo tempore ipſorum ſuccus mediocriter exprimendus eſt.

In quo infunde parem capitum papaueris vtriuſque quantitatem, ſimiliter exprime, cola atque clarifica, & cum ſacchari optimi libris quinque coque in ſyrupum.

Clarificatur autem affundendo ſacchari dimidium cum albuminibus & teſtis ouorum agitatione facta, atque iterum igni impoſita re colata tantillo ſucci citri admixto ſordium & craſſitiei apparente ſeparatione, bis colatur per manicam mundam, vltima vero vice ſenſim & lente fit colatio, blanda liquoris affuſione, ita vt colatum non turbidum ſed clarum euadat.

Syrupus florum papaueris erratici.

℞. Infuſionis florum papaueris erratici bis iteratæ & clarificatæ libras duas.
Sacchari optimi libram vnam & ſemiſſem.
Sacchari roſati vncias tres.
Coquantur in ſyrupum.

Syrupus violatus.

℞. Florum mundatorum violarum recentium libram vnam.
Mundantur autem flores detracta parte herbacea.
Infunde in aquæ feruentis libris quatuor.
Addendo ſucci citri depurati vnciam vnam.
Sacchari optimi puluerati vncias tres.
Poſt decem horarum ſpatium fiat colatio cum leui expreſſione per pannum album & nouum.
In colato calefacto iterum infunde florum violarum recentium mundatorum libram vnam.

Adijciendo ſuccicitri defæcati vnciam vnam.

Sacchari optimi triti & in puluerem redacti vncias duas.

Decem horis elapſis iterum coletur per eundem pannum, & leuiter totum exprimatur.

In expreſſo tertio infunde per 10. horas aliorum florum violarum recentium mundatorum, abiecto prius infuſorum magmate libram vnam.

Adijciendo ſacchari optimi in pollinem redacti vncias duas.

Colatum & leuiter expreſſum mittatur in vas fictile vitratum, vel aliud quoduis ſtannatum.

In quo diſſolue ſacchari optimi puluerati libras ſeptem.

Reponatur poſtea vas in balneo Mariæ feruente & lento calore diſſoluatur ſaccharum, coquaturque in ſyrupum.

Quiquidem ſyrupus in lagenis aſſeruari debet vel alijs vaſculis oris anguſti quod ſaccharo puluerato ritè obturandum eſt.

Syrupus Cydoniorum.

℞. Succi Cydoniorum maturorum recens extracti depurati & colati libras quatuor.

Sacchari optimi tantundem.

Coquantur in ſyrupum.

Syrupus de Ibiſco.

℞. Radicis Althææ tuſæ & à meditullio repurgatæ vncias duas.

Radicis raphani domeſtici & ſylueſtris, per talleolas ſectæ.

Rad. Fœniculi,
Aſparagi,
Petroſelini,
Eryngij,
Bardanæ contuſarum & à meditullio repurgatarũ,
Cicerum rubrorum
} ana vnciam vnam.

Saxifragi totius,
Foliorum Betonicæ,
Pimpinellæ,
Helxines,
Plantaginis
ſummitatum Althææ,
} ana manipulum vnum.

Fructus Halicacabi —— triginta,
Seminis Vrticæ,
Quatuor Frigidorum maiorum,
Lithoſpermi,
} ana drachmas tres.

Glycyrrhizæ raſæ & contuſæ vnciam vnam.

Coquantur in libris decem aquæ puriſſimæ dum ſex aut ſeptem ſuperſint.

Quibus permiſce ſacchari optimi libras quinque. Coque in ſyrupum.

Syrupus de Pomis ſimplex.

℞. Succi pomorum acidodulcium fragrantium, reſidendo & inſolando depurati & colati, libras quatuor.

Succi borraginis & bugloſſi ſimiliter defæcati & colati, ana libras duas.

Coque ſimul, expuma & cola.

Deinde adde ſacchari optimi libras quatuor.

Percoquantur in ſyrupum.

Interdum & ex vſu eſt ſyrupus de pomis ſimplex ſine igne paratus in hunc modum.

℞. Pomorum redolentium acidodulcium per talleolas diſſectorum & à pellicula atque ſemine repurgatorum libras quatuor.

Sacchari optimi puluerati libras quatuor.

Panno mundo inuoluantur talleolis pomorum ſibi inuicem ſuperſtratis, ſinguliſque ordinibus ſuper iniecto ſacchari polline. Pannus autem ſuſpenſus in frigido & humido loco reponatur, ibique relinquatur, ſuppoſito vaſe excipiente ſyrupum clarum ſenſim per interjectum pannum defluentem ſpatio vnius aut alterius diei.

Qui quidem ſyrupus poſt vnum aut alterum men-

sem seruari nec debet, nec potest viribus integris.

Syrupus de pomis compositus seu laxatiuus.

℞. Foliorum orientalium mundatorum vncias quindecim.
Seminis fœniculi vnciam vnam.
Caryophillorum drachmam vnam.
Infunde per diem naturalem, & sub finem semel aut bis feruefiant in succi pomorum redolentium libris quatuor
Succi Borraginis & Bugloſſi depuratorum, } ana libris duabus.
In expresso colato & clarificato dissolue sacchari optimi libras quatuor.
Coque in syrupum.

Syrupus florum Persicorum.

℞. Florum Persicorum recentium libras duas.
Infunde per horas duodecim in aquæ tepidæ libris sex super cineribus calidis vase operculato dein exprimantur.
Tum prioribus abiectis recentes inijciantur pari quantitate, similiterque exprimantur, atque id quinquies repetatur.
In colato librarum duarum.
Dissolue & coque sacchari optimi libram vnam & semissem. Fiat syrupus.

Syrupus Rosarum pallidarum.

℞. Foliorum florum rosarum pallidarum recentium libras duas.

Infunde per horas duodecim in aquæ tepentis libris octo in vase terreo vitrato stricti oris, eoque operculato.

Expresso parem florum quantitatem adde, & similiter infunde, idque nouies repete.

Colato parem sacchari quantitatem adde, & eoque in syrupum.

Syrupus de Tussilagine.

℞. Florum Tussilaginis recentium libram vnam.

Infunde per duodecim horas in aquæ purissimæ libris tribus.

In Colato alij flores eadem quantitate per duodecim horas abiectis prioribus infundantur, & cum sacchari optimi libris tribus.

Fiat Syrupus.

Syrupus de Rhamno solutiuo, vulgò de spina infectoria vel cerui spina aut burgi spina.

℞. Succi depurati fructuum Rhamni maturorum libras duas.

Sacchari optimi tantundem.

Coquantur in syrupum.

DE CON-

DE CONSERVIS.

Conſerua violarum.

℞. Florum violarum à parte herbacea purgatorum recentium libram vnam.

Nulla præmiſſa contuſione commiſceantur continuo agitando ſacchari optimi prius in ſacchari roſati craſſitiem coctione redacti libris tribus, & ſeruentur in vſum.

Conſerua Roſarum.

℞. Foliorum florum roſarum rubrarum nondum omnino explicatarum recentium libram vnam.

Tere in pila marmorea cum piſtillo ligneo donec læuigentur: tunc adde ſacchari optimi prius in Electarij ſolidi conſiſtentiam cocti libras tres.

Exquiſite miſceantur rudicula lignea. Reponanturque in vaſe idoneo.

Conſerua Nymphææ.

℞. Sacchari optimi in Electarij ſoliditatem cocti libram vnam & ſemiſſem.

Florum Nymphææ recentium ab herbacea parte purgatorum, & in vmbra diem vnum ſiccatorum & tritorum in mortario lapideo cum piſtillo ligneo libram ſemiſſem, ſimul accurate miſceantur & ſeruentur vſui.

Conſerua Betonicæ.

℞. Florum Betonicæ recentium mundatorum libram vnam.

Tundantur in pila lapidea cum piſtillo ligneo.

Adde poſtea ſacchari optimi ad Electarij ſolidi concretionem cocti libras tres.

Et agitatione iugi cum ſpathula lignea miſceantur & ſeruentur.

Conſerua Meliſſæ.

℞. Florum Meliſſæ libram ſemiſſem.

Nulla præuia contuſione diligenter admiſceantur ſpathula lignea agitando ſacchari prius in penidiorum modum cocti libris tribus, ſeruenturque vſui.

Conſerua florum Borraginis & Bugloſſi.

℞. Florum Borraginis & Bugloſſi mundatorum recentium non contuſorum ana libram ſemiſſem, permiſceantur rudicula lignea, ſacchari in Electarij ſolidi craſſitudinem cocti libris tribus.

Reponanturque in vaſe vitreo aut fictili vitrato ad vſum.

Mel Roſarum.

℞. Foliorum florum Roſarum rubrarum explicatarum recentium à parte flaua repurgatarum libram vnam.

Infunde per horas duodecim in aquæ calidæ libris quatuor.

Expreſſo adde parem florum quantitatem, & ſimiliter poſt duodecim horas exprime, idque tertio repete.

Colato adijce mellis optimi nimis nec recentis nec veteris libras quatuor.

Coquantur ſimul ſpumam Cochleari deradendo, & in ſyrupi conſiſtentiam redigantur.

Mel violatum.

℞. Florum violarum recentium integrorum libram vnam.

Macera duodecim horarum ſpatio in aquæ calidæ libris quatuor.

Cola exprimendo, dein adde æqualem florum quantitatem, & eodem modo elapſis horis duodecim fiat expreſſio, idque tertio.

Expreſſo adde mellis optimi recentis libras quatuor.

Simul coquantur deſpumando & donec ſyrupi craſſitudinem acquiſierint.

Mel Mercuriale.

℞. Succi Mercurialis & mellis optimi ana libras quatuor.

Miſceantur, elixentur, deſpumentur, & veluti in ſyrupi concretionem reducantur.

Diaſenna ſeu confectio ad Clyſteres.

℞. Succorum Mercurialis & Betæ reſidendo depuratorum ana libras quatuor.

In quibus infunde per horas duodecim & leuiter coque foliorum orientalium libram vnam & ſemiſſem.

Fœniculi vnciam vnam.

In colato diſſolue mellis optimi libras quatuor.

Coque perfecte in ſyrupum.

Cui adde pulpæ prunorum Damaſcenorum nigrorum recentium cum ſucco Mercurialis coctorum per ſetaceum traiectæ libram vnam.

Fiat Electarium.

PVRGANTES COMPOSITIONES.

Diaprunum ſimplex ſeu Diadamaſcenum.

℞. Radicis polypodij querni vncias duas.
Seminis Oxyacanthæ,
Glycyrrhizæ raſæ & contuſæ ana vnciam vnam.
Florum violarum recentium vncias quatuor.
Coquantur in aquæ puriſſimæ libris quatuordecim dum ſeptem ſuperſint.

In Colato coque prunorum, recentium, aciduloru, Damaſcenorum nigrorum, maturorum donec diſſolui videantur libras duas.

Pulpa per ſetaceũ extrahatur,& ſeorſim reponatur.

In percolato iure coque ad ſyrupi conſiſtentiam ſacchari optimi libras duas & ſemiſſem.

Cui adde & diſſolue pulpę prunorum libram vnam.

Succi Cydoniorum acidorum libram ſemiſſem.

Reponatur igni lento, ac demum inſperge remouendo ab igne.

Puluerum ſantali albi vnciam ſemiſſem.

Violarum,
Rosarum, } ana vnciam vnam.
Seminis Portulacæ }
Fiat Electarium.

Diaprunum Compositum seu solutiuum.

℞. Diapruni simplicis suprascripti adhuc calentis libram vnam.

Cui adde Scammonij crudi læuigati vnciam semissem.

Exquisite misceantur pistillo ligneo agitando, & fiat Electarium è prunis solutiuum.

Electarium lenitiuum.

℞. Hordei decorticati
Radicis polypodij querni contusæ, } ana vncias
Passularum enucleatarum } duas.
Iuiubas,
Sebesten, } ana numero viginti.
Pruna,
Tamarindorum, vncias duas.
Foliorum Adianti, manipulum vnum.
Mercurialis, manipulos duos.
Florum violarum recentium manipulos quatuor.
aut Horum loco sem. violarum vnciam vnam.
Glycyrrhizæ rasæ & contusæ, vnciam vnam.
Fiat Decoctio in aquæ libris duodecim dum sep-

tem ſuperſint, addendo ſub finem fol. orient. mundatorum vncias duas.

Seminis fœniculi dulcis drachmas duas.

Colato librarum quatuor adde ſacchari optimi libras tres.

Coque in ſyrupum.

In quo diſſolue pulpæ prunorum cum parte vna decoctionis reſiduæ coctorum.

Tamarindorum cum reliquo decoctionis traiectæ & Caſſiæ, ana vncias ſex.

Pulueris ſennæ, vncias quinque.

Seminis Aniſi drachmas duas & ſemiſſem.

Miſce, fiat Electarium.

Confectio vniuerſalis.

℞. Radicis polypodij querni contuſæ vncias nouem.

Radicis cichorij ſylueſtris vncias tres.

Hordei integri
Vuarum paſſarum mundatarum, } ana vncias duas.

fol. Betonicæ,
Agrimonij, } ana manipulos duos.
Adianti,

Glycyrrhiſæ raſæ & contuſæ vnciam vnam.

Coquantur in aquæ libris ſexdecim dum ad octo redeant. In colati libris ſex infunde per horas duodecim, deinde leuiter coque fol. orient. libram vnam.

Seminum aniſi,
Fœniculi dulcis contuſorum } ana drachmas tres.
Expreſſo colato adde ſacchari optimi libras quatuor.

Coque in ſyrupum & ampliùs.

Adijciendo ſub finem expreſſum vnciarum duarum rhei electi minutim fractarum & ſeorſim infuſarum in reſidui decocti ſupradicti vnciarum ſexdecim, cum ſpicæ nardi drachmis duabus.

Igne lento & benigno calore iterum fiat decoctio ad ſyrupi craſſitudinem.

In ſyrupo percocto vaſe igni detracto diſſolue & miſce piſtillo ligneo pulpæ caſſiæ rec. extractæ vncias ſex.

Tamarindorum cum reliqua decocti parte madefactorum traiectorum & exſiccatorum vncias tres.

Poſtea adde pulueris foliorum orientalium vncias ſeptem.

Rhei electi, vncias tres & ſemiſſem.
Cinamomi, drachmas duas.
Santalorum albi,
Citrini, } ana drachmas tres.

Fiat Electarium.

Diaphœnicon Benedictum.

℞. Pulpæ palmularum nondum perfectè maturarum,

rum, foris suis sordibus, intus pellicula & nucco mundatarum, in Hydromelitis vinosi libra vna per horas viginti quatuor maceratarum in vase idoneo, tum coctarum, ac demum per setaceum traiectarum.

Item penidiorum hordeatorum recentium pulueratorum ana libram semissem.

Amygdalarum dulcium expurgatarum, & cultello minutim concisarum vncias tres.

Contusis & permistis omnibus adde mellis despumati libras duas.

Parum coque ac demum vase ab igne remoto inspergе & misce.

Pulueris Hermodactylorum drachmas sex.
Turpethi vncias quatuor & semissem.
Rosarum rubrarum, Glycyrrhisæ rasæ & contusæ } ana drachmas duas.
Cinamomi, Ligni Aloes } ana drachmam vnam.
Galangæ, Macis, Foliorum rutæ siccorum, Seminis Fœniculi, Dauci, Saxifragi, Apij, Milij Solis, Frigidorum quatuor maiorum, } ana drachmam vnã & semissem.

Acinorum Aſparigi, & Ruſci,
Scammonij crudi vncias duas.
Fiat Electarium.

Vt vero rite paretur iſtud Electarium, palmularum, nondum perfecte maturarum, & vt ante dictum eſt mundatarum, aſſumendæ ſunt vnciæ octo, quæ macerari debent per viginti quatuor horas in Hydromelitis vinoſi libra vna, vt ex iis libra ſemis pulpæ educatur; quod vt fiat coqui debent, & per ſetaceum traijci cum vncia vna ſemiſſe contuſarum amygdalarum dulcium, tumque huius traiectæ pulpæ ſumendæ ſunt circiter vnciæ ſeptem alijque permiſcendæ: amygdalarum ſiquidem pars craſſior nequit in cerniculis ſetaceis tranſmitti: quæ medicamentis in puluerem redigendis permiſceri debet, ne inter contundendum pollen excitetur & euaneſcat.

Amygdalarum vero dulcium expurgatarum, & cultello minutim conciſarum, quod ſupereſt vnciæ ſcilicet vnius & ſemis, primum in peluim immiſſum cum prædicta pulpa palmularum traiecta, partim terendo partim agitando piſtillo ligneo non affatim, ſed ſenſim diſſoluatur, tum mel coctum & adhuc calens ſuperaffundatur exquiſite miſcendo paululum igni lento ſuperpoſito vaſe, ſtatimque ſubducto inſpergantur pulueres atque miſceantur.

Confectio Hamech vel Diacolocynthidos.

℞. Corticis Myrobalanorum citrearum.
Cepularum,
Indarum,
Foliorum Orientalium,
Colocynthidis } ana vncias duas.

Polipodij querni,
Violarum } ana vnciam vnam & semissem.

Foliorum Absinthij,
Thymi,
Seminis Anisi,
Fœniculi,
Rosarum rubrarum } ana vnciam semissem.

Tusa omnia macerentur per biduum, coniecta in vas stannatum oris angusti obturati, in seri lactis vaccini recens mulcti libris quinque,
Et succi Fumariæ depurati libra vna.
Deinde coquantur ad libras tres.
Fricentur manibus & exprimantur.

Colato adde mellis opt. despumati,
Sacchari } ana libram vnã.
Coque ad mellis consistentiam, & deposita ab igne pelui.

Dissolue pulpæ prunorum,
Vuarum. } ana libram semissem.

Sub finem inſperge puluerum

Agarici,
Sennæ } ana vncias duas.

Rhei electi vnciam vnam & ſemiſſem.
Epithymi,
Scammonij } ana vnciam vnam.

Cinamomi vnciam ſemiſſem.
Zingiberis drachmas duas.

Seminis aniſi,
Fumariæ,
Spicæ Nardi } ana drachmam vnam.

Miſce, fiat Electarium.

Hiera ſimplex.

℞. Aloes optimæ non lautæ drachmas nonaginta.
Cinamomi,
Macis,
Radicis Aſari,
Spicæ Nardi,
Maſtiches } ana drachmas ſex.
Croci drachmas quatuor.
Mellis optimi deſpumati libras tres & vncias nouem,
Miſce, fiat Electarium.

Hiera Diacolocynthidos.

℞. Stœchados Arabicæ,
Marrubij ſeu Praſſij albi,
Chamædryos,
Agarici,
Colocynthidis } ana drachmas decem.

Ellebori nigri
Scammonij, } ana drachmas ſex.

Caſtorei drachmas tres.

Opopanacis,
Sagapeni,
Seminis Petroſelini,
Ariſtolochiæ rotundæ, } ana drachmas quinque.
Piperis albi

Cinamomi,
Spicę Nardi,
Myrrhæ,
Polij, } ana drachmas quatuor.
Croci

Mellis optimi deſpumati triplum ſeu libras tres & vncias quinque.

Miſce fiat Electarium.

Ellebori nigri veri Dioſcoridis flore albo radix ſeligenda eſt.

Hydragogum.

℞. Radicis filicis fœminæ,
Asari,
Corticis radicis Capparis,
Medij Corticis Sambuci } ana vnciam vnam.
Fol. Pimpinellæ,
Agrimonij,
Artemisiæ,
Polytrici } ana manipulum vnum.
Gratiolæ manipulos tres.
Seminis Dauci drachmas tres.
Foliorum Orientalium vncias quatuor.
Macerentur per diem integrum in succorum depuratorum.
Rad. Ireos nostratis,
Ebuli } ana libris tribus.

Sub finem bulliant igne lento.
In expressi Colati libris tribus.

Dissolue sacchari optimi,
Mellis despumati } ana libram vnam.
Coque in syrupum.

Cui adde & permisce Rad. Esulæ minoris rotundæ præparatæ, Turpethi ana vnciam vnam & semissem.

Rad. Mechoacan,
Foliorum Ialap,
Seminis Soldanellæ, } ana vnciam vnam.
Ebuli,
Soldanellæ

Gratiolæ, } ana vnciam semissem.
Cinamomi

Scammonij crudi vnciam vnam & semissem.
Elaterij vncias duas & drachmas duas.

Zingiberis,
Galangæ,
Acori, } ana drachmas duas.
Prassij albi sicci

Fiat Electarium.

Electarium Diasaru.

℞. Succi raphani.
Rad. Asari recentis, } ana libram semissem.
Syrupi violacei,
Oxymelitis

Coquantur ad mellis crassitiem.

Sub finem igne subducto insperge
Rad. peponis arefactæ,
Seminum raphani, vrticæ,
Maceratorum in aqua rosarum, arefactorum & tritorum ana vnciam vnam.

Rad. Asari, foliorum eiusdem siccorum, tritorum & cretorum ana vnciam vnam & semissem.

Cinamomi,
Seminis Fœniculi } ana drachmam vnam.

Fiat Electarium molle ad vsum.

Vinum Emeticum.

℞. Stibij optimi libram vnam.
Nitri puriſſimi tantundem.

Puluerentur ſeorſim, dein commiſceantur & conijciantur in mortarium æneum vel ferreum, mox iniecta pruna vel ferro candente materia incendatur, quæ cum fragore & ſtrepitu exuretur, ſuperpoſita trium digitorum interuallo patella ferrea, donec ſtridor ceſſauerit.

Materia metallica inſtar vitri fuſi fuſce rubens ſeparetur ab impura craſſitie, & à nitro cruſtam albicantem referente, & ter aqua tepida lauetur.
Cuius ſtibij vt iam dictum eſt præparati.

℞. Vnciam vnam.

Infunde in vini albi libris duas, per duos treſve dies, vel plures.

Electarium è ſucco Roſarum.

℞. Succi Roſarum rubrarum recentium.
Sacchari optimi ana libram vnam & ſemiſſem.

Coquantur in Electarium ſolidum igne lento.

Inſperge ſub finem trium Santalorum exquiſite tritorum.

Ma-

Maſtiches ana drachmas duas.
Scammonij crudi drachmas vndecim.
Fiant tabellæ ponderis drachmarum duarum.

Electarium Diaturpethi.

℞. Puluerum Turpethi vnciam vnam.
Diatragacáthi frigidi, } ana drachmas ſex.
Hermodactylorum, }
Corticis citri non conditi vnciam ſemiſſem.
Cinamomi drachmas duas.
Scammonij crudi vnciam ſemiſſem.
Sacchari aqua Roſarum ſoluti vncias quindecim.
Fiant tabellæ ponderis drachmarum trium vel vnciæ ſemiſſis.

Electarium de Citro.

℞. Corticis citri conditi,
Conſeruæ florum violarum,
Bugloſſi,
Pulueris Diatragacanthi frigidi rec. parati } ana vnciã ſemiſſem.
Scammonij crudi
Turpethi drachmas quinque.
Zingiberis drachmam ſemiſſem.
Foliorum Sennæ drachmas ſex.
Rhei electi drachmas duas & ſemiſſem.

Caryophyllorum,
Santali citrini } ana ſcrupulum vnum.

Sacchari optimi in aqua Roſarum ſoluti & ex arte cocti vncias decem.

Fiat Electarium ſolidum in tabellas ponderis drachmarum trium.



PILVLÆ.

Pilulæ Stomachicæ, vulgò ante cibum.

℞. Aloës optimæ non lautæ drachmas sex.
Mastiches,
Rosarum rubrarum } ana drachmas duas.
Cum vncia vna succi Absinthij ex pauco melle in syrupi crassitudinem cocti. Fiat massa.

Pilulæ Rufi vulgo Pestilentiales seu Communes.

℞. Aloës optimæ vncias duas.
Myrrhæ vnciam vnam.
Croci vnciam semissem.
Cum syrupi de limonibus vncia vna & semisse, fiat massa.

Pilulæ Imperiales seu Catholicæ.

℞. Aloes optimæ } ana vnciã
Foliorum Orientalium mundatorum } vnã & se-
Rhei electi, } misse
Agarici Trochiscati, } ana vnciam vnã. m.
Mastiches drachmas duas.

Cinamomi drachmam vnam.
Zingiberis,
Caryophyllorum. } ana ſcrupulos duos.
Nucis Moſchatæ,

Cum ſucco vel infuſione roſarum pallidarū fiat maſſa.
Cuius vnciæ cuilibet admiſceri debet Scammonij crudi drachma ſemis.

Pilulæ Diacolocynthidos.

℞. Pulueris Hieræ picræ ſimplicis drachmas decem.
Turpethi,
Hermodactylorum, } ana drachmas quinque.
Scammonij crudi, drachmas duas.
Radicis Iridis,
Foliorum Praſſij albi,
Roſarum rubrarum, } ana drachmam ſemiſſem.
Florum Stæchados
Trochiſcorum Alhandal vnciam ſemiſſem.
Cum ſyrupo è Cichorio ſimplici. Fiat maſſa.

Pilulæ de Cynogloſſo.

℞. Myrrhæ optimæ, drachmas ſex.
Thuris maſculi, drachmas quinque.
Radicis Cynogloſſi,
Seminis Hyoſcyami albi, } ana drachmas quatuor.
Opij Thebaici
Croci,
Caſtorei } ana drachmam vnam & ſemiſſem.

Cum syrupo rosarum siccarum.
Fiat Massa.

Pilulæ Hypnoticæ.

℞. Opij Thebaïci vnciam vnam & semissem.
Maceretur per duos dies in spiritu vini.
Postea coletur & leuiter exprimatur.
Omnique humiditate superflua absumpta, destillatione in Balneo Mariæ facta ad mellis consistentiam redigatur.
Cuius accipe vnciam vnam.
Croci puluerati
Specierum Diamargariti frigidi, } ana drach. duas.
Confectionis de Hyacintho
Puluerís succini,
Coralli rubri } ana drachmam vnam.
Misceantur omnia cum syrupi nymphææ circiter vncia semisse.
Fiat Massa.

Pilulæ Mochlicæ.

℞. Foliorum Orientalium vncias quatuor.
Pulpæ Colocynthidos,
Ellebori nigri, } ana vnciam vnam.
Turpethi,
Hermodactylorum, } ana vncias duas.
Agarici,
Ialap,

Rhei electi,
Polypodij querni, } ana vnciam vnam.
Dictamni

Seminis Anisi,
Fœniculi, } ana vnciam semissem.
Cinamomi

Omnia contusa & in puluerem aliquatenus redacta vase vitreo ritè obturato comprehendantur cum spiritus vini quantitate tanta quæ puluerem immersos plurimum excedat atque supereminet, simulque per decem vel duodecim dies reponantur in Balneo Mariæ vel cineribus calidis, priusquam remoueantur sub infusionis finem parum bulliant & colo traijciantur atque exprimantur.

Expressum vase vitreo exceptum lento igni committatur, vt omnis eius humiditas discutiatur, & ad mellis crassitiem reducatur.

Tunc adde Euphorbij præparati vnciam vnam.

Spicæ Nardi,
Mastiches,
Opopanacis, } ana vnciam semissem.
Bdellij,
Sagapeni

Salis Absinthij,
Ebuli, } ana drachmam vnam.
Fraxini,

Puluerís Aloes vncias duas.

Omnia exquisite mixta redigantur in massam cum tantillo syrupi rosarum pallidarum, si opus fuerit liquore.

Euphorbij præparatio.

Euphorbium ab omni sorde & fæce repurgatum in exigua frustula redigatur, vase vitreo excipiatur superaffusa succi limonum optime depurati quantitate tanta quæ Euphorbium tribus vel quatuor digitis excedat : in Balneo Mariæ feruente simul reponantur, donec Euphorbium à succo dissolui videatur. Tunc per linteum mundum coletur, & iterum Balneo Mariæ committatur vt destillatione omnis humiditas succi dissipetur. Sic Euphorbium in fundo manebit depuratum omnis caloris exuperantis, & venenatæ qualitatis expers.



DE PVLVERIBVS.

Puluis Diatragacanthi frigidi.

℞. Gummi Tragacanthæ albissimi vnciam vnam.
Gummi Arabici drachmas quinque.
Amyli drachmas duas.

Glycyrrhizæ rasæ,
Seminis Papaueris albi,
Sem. quatuor frigidorum maiorum cortice decerpto, quæ cæteris vtendi duntaxat tempore permisceri debent. } ana drachmam vnam.

Penidiorum vnciam vnam & semissem.
Fiat omnium puluis in vase angusti oris reponendus & seruandus.

Diamargaritum frigidum.

℞. Margaritarum electarum drachmas tres.
Semi-

Seminum quatuor frigidorum maiorum cortice direpto,
Seminis Acetosæ,
Endiuiæ,
Portulacæ,
Papaueris albi,
Citri mundati,
Trium Santalorum,
Ligni Aloes.
Rosarum rubrarum ab vngui- bus expurgatarum, } ana drachmam vnam.
Florum Nymphææ,
Bugloſſi,
Borraginis,
Violarum,
Baccarum Myrti,
Rasuræ eboris & cornu cerui.

Radicis Tormentillæ,
Dictamni,
Tunicis, } ana drachmam
Scabiosæ, } ſemiſſem.
Terræ Lemniæ,
Coralli albi & nigri

Ambari, grana ſex
Caphuræ, grana quatuor.
Moſchi grana duo.

Fiat omnium puluis & misce demptis Seminibus frigidis quæ vsus tantum tempore cæteris admiscenda sunt.

Puluis Diarhodon.

℞. Rosarum rubrarum ab vnguibus expurgatarum vnciam vnam.
Santalorum albi & rubri ana drachmam vnam & semissem.
Gummi Arabici,
Eboris vsti ad albedinem vsque } ana scrupulos
Mastiches } duos.

Seminis Fœniculi,
Ocimi,
Scariolæ,
Portulacæ,
Plantaginis, } ana drachmã semissem.
Acinorum Oxyacanthæ,
Rhei electi,
Cinamomi

Boli Armeniæ,
Terræ sigillatæ, } ana scrupulum vnum.
Margaritarum electarum

Fiat omnium puluis.

Puluis Diatrium santalon.

℞. Trium santalorum rubri, albi & citrini,
Rosarum rubrarum ab vnguibus expurgatarum
ana drachmas tres.
Rhei electi,
Eboris vsti,
Succi Glycyrrhizæ, } ana drachmas duas.
Seminis Portulacæ,
Intybi
Quatuor Seminum frigidorum maiorum mundatorum ana drachmam vnam & semissem.
Fiat omnium puluis.

Puluis Exphracticus seu Rubia.

℞. Radicis Rubiæ maioris vnciam semissem.
Rad. Helenij,
Rhei electi,
Croci,
Laccæ præparatæ } ana drachmas tres.
Spicæ Nardi,
Rad. Asari,
Schœnanthi,
Scordij,
Scolopendrij veri id est Ceterac, } ana drach. duas.
Succorum arefactorum Glycyrrhizæ,
Absinthij.
Agrimonij,

Sem. Petroſelini Macedonici,
Dauci,
Apij,
Aniſi,
Myrrhæ,
Coſti Arabici,
Bdellij,
} ana drach. duas.

Cinamomi drachmam vnam.

Fiat omnium puluis.

Gummi lacca in hunc præparatur modum.

Eius parum fractæ, non in puluerem tamen redactæ vnciæ quatuor lento igni coquuntur in vnciis nouem aquæ vel fluuialis vel potius decoctionis vnciæ ſemiſſem Ariſtolochiæ longæ & Schœnanthi, donec purior pars ſupernatet & quicquid in lacca laudabile eſt diſſolutum fuerit, adeo vt aqua ſit coloris ſanguinei, ſordibus in fundo ſubſidentibus, tunc per pannum lineum coletur, vt purior illa pars auferatur remanentibus ſordibus: Colatam vero aquam rubram prunis non acribus ad mellis craſſitudinem coque & tepidam maſſam in Trochiſcos redige & vſui repone.

Puluis Diaſpermaton.

℞. Rad. Eryngij, Ruſci,
Ononidis, Cyperi,
Rubiæ tinctorum,
} ana drachmas duas.

Glycyrrhizæ raſæ,
Chamædryos,
Tragacanthæ } ana ſcrupulos quatuor.

Lapidis Iudaïci,
Spongiæ, } ana drachmam vnam & ſemiſſem.

Cancri
Seminis Apij,
Aſparagi,
Ammeos.
Bardanæ,
Carui,
Citrii mali,
Dauci,
Fœniculi,
Milii ſolis,
Ocimi,
Petroſelini Macedonici,
Pimpinellæ,
Quatuor frigidorum maiorum,
Ruſci,
Saxifragi,
Seſeleos,
Vrticæ,
Baccarũ Iuniperi
Halicacabi } ana drachmã vnam.

Fiat omnium puluis ampulla vitrea recondendus in vſum.

Puluis contra vermes.

℞. Seminum Tanaceti,
Absinthij vulgaris, } ana vnciam semis-
Portulacæ } sem.

Summitatum { Corallinæ, / Scordij siccarum, } ana drachmas duas.

Aloës vnciam semissem.
Rhei electi, / Senæ mundatæ } ana drachmas duas.
Fiat omnium puluis.

Puluis de Chalybe.

℞. Limaturæ Chalybis præparatæ vncias duas.
Cinamomi drachmas sex.
Myrrhæ vnciam semissem.

Radicis Aristolochiæ, / Rubiæ maioris } ana drachmas duas.

Seminis Smyrni vulgò Leuistici, / Rutæ / Apij, / Seseleos } ana drachmam vnam & semissem.

Summitatum Thymi,
Origani,
Parthenii vulgò Matricariæ,
Calaminthes montanæ,
Pulegii
Artemisiæ,
Hyssopi, } ana drac.
Prassij, } duas.
Melissophylli,
Pimpinellæ,
Betonicæ,
Nepetæ,
Sabinæ,
Macis scrupulos duos.

Omnia redigantur in puluerem seruandum in vsum.

Scobis Chalybis præparatio.

Aqua diu abluitur & exsiccatur, deinde cum succo Limonum teritur, additis quibusdam Spiritus aciduli sulphuris guttulis, iterumque succo Limonum lauatur & teritur ac in puluerem redigitur seruandum in vsum.

Cremor Tartari.

℞. Tartari albi puluerati libram vnam.
Dissolue in aquæ feruentis libris quindecim.
Bulliat donec fusum & dissolutum sit Tartarum.

Deinde traijciatur per manicam & olla fictili excipiatur, in loco frigido reponatur & per noctem quiescat, donec crustulæ supernatantes crystalli in modum appareant, quæ colligi debent instrumento ligneo perforato & extendi super charta bibula vt exsiccentur, postea super Porphyrite lapide in tenuissimum pollinem redigi debent & seruari in vase vitreo.

Aquâ inclinato vase effusâ, sal Tartari vasis parietibus adhærescens deprehenditur, qui colligi debet & exsiccari & in vsum quoque seruari, qui vt candidior sit dissoluitur & colo transmittitur sed cum virium & saporis aciduli deperditione.

Nitri præparatio.

℞. Nitri quantum voles.

Dissolue in aqua communi & per chartam emporeticam traijce dein coque in vase terreo figulino spumam continuo deradendo & conijce in peluim frigidam ligneam vt in stirias crystallinas coaguletur, quæ siccatæ puluerantur & in vase nitido ponuntur vndique admotis & suppositis prunis, liquanturque vt fluant instar metalli.

Quibus fusis ad libram vnam, superinijce sulphuris vncias duas non affatim sed per vices & per frustula minorum auellanarum æmula, quibus consumptis nitrum instar aquæ fluidum effundatur in peluim æneam

æneam calefactam, & vbi paulatim concreuerit feruetur in vase vitreo probe obturato, ne subeat aër, cuius appulsu dissoluitur.

Hydrargyrum dulcatum.

℞. Hydrargyri crudi expurgati & per corium trajecti.

Sublimati acris, ex Hydrargyro, vitriolo, sale & nitro parati.

Salis communis exsiccati, ita vt nullum edere possit crepitum ana vncias quatuor.

Sublimatum & Hydrargyrum crudum in mortario marmoreo simul agitatione diuturna terantur & misceantur, adeo vt nulla amplius Hydrargyri crudi bulla supersit: addatur postea sal, ac cum cæteris agitetur, & puluis totus exquisite mixtus mittatur in tres paruas phialas oblongæ ceruicis, quæ media duntaxat sui parte repleantur, earumque orificium chartula ita obturetur, vt paululum dehiscat. Phialæ autem in patina, quæ flammis non cedat, & cineribus vel arenula tenui repleta ita collocentur, vt phialæ omnino cineribus occultentur, earumque ceruices & orificia promineant. Subdito igne, per sex horas fiat sublimatio: Extincto igne, refrigeratisque vasculis ac effractis excipiatur Hydrargyrum sublimatum adhærens summitati vasis: quod si gustanti dulce non percipiatur, iterum eodem apparatu edulcandum est.

DE ANTIDOTIS HVMIDIS.

Antidotus graſſante peſte paranda.

℞. Conſeruarum florum Nymphæę,
Roſarum rubrarum,
Borraginis & Bugloſſi per ſeta-
ceum traiectarum } ana vncias de-
cem.

Pulueris florum Roris marini,
Calendulæ,
Ocellorum rubrorum,
Saluiæ } ana drachmas
duas

Boli Armeniæ aqua roſarum ſæpe
lotæ exſiccatæ & pulueratæ, } ana vnciam
Pulueris radicis Angelicæ } vnam.

Helenij,
Caryophyllatæ,
Tormentillæ,
Coralli rubri præparati } ana drachmas duas.

Foliorum ſiccorum Scordij.
Vlmariæ,
Praſſij albi,
Seminis Citri cortice mũdati, } ana drach. vnam.
Cardui benedicti,
Oxalidis,
Baccarum Iuniperi
Cinamomi, } ana drachmam ſemiſſem.
Santali citrini

Miſce & excipe ſyruporum de Limonibus & de malis Granatis quantitate ſufficienti.

Fiat Opiata mollis.

Confectio de Hyacintho.

℞. Hyacinthorum, } ana vnciam ſemiſſem.
Coralli rubri

Terræ Lemniæ veræ, id eſt ſigillo legitimo notatæ,

Boli Armeniæ legitimæ quater tritæ, & in aqua roſarum toties lotæ, ſiccatę, & in puluerem tenuiſſimum redactę ana vnciam ſemiſſem.

Granorum infectorium,
Radicis Tormentillę,
Rad. & foliorum Dictãni,
Myrrhæ, } ana drachmam vnam.
Roſarum rubrarum,
Santalorum omnium,
Cornu cerui non vſti

Raſuræ Eboris,
Seminis Citri mũdati,
Cardui benedicti,
Acetoſæ,
Portulacæ
} ana drachmam vnam.

Saphyrorum,
Smaragdorum,
Lapidis Topazii,
Margaritarum,
Bracteolarũ auri.
} ana ſcrupulos duos.

Croci ſcrupulum vnum.

Moſchi,
Ambari cineritii
} ana grana quinque.

Cum ſyrupo Limonum. Fiat Electarium.

Crocus in puluerem tenuiſſimum redactus cum ſyrupo Limonum exquiſite diſſoluitur, ita vt colorem aureum acquirat, deinde pulueres in mortario marmoreo probe miſcentur, quibus perfecte mixtis & extractis è mortario auri, Bracteolæ ex arte ſuperponuntur, quæ cultello ligneo inter ſcindendum compoſitioni permiſcentur: ijs autem frequentium ſciſſurarum ope permixtis, aliæ ſuperpoſitæ ſimiliter inſciſuris denſis admiſcentur donec præſcripta Bracteolarum quantitas tota ſit abſumpta.

Confectio è Cocco Baphico.

℞. Succi depurati malorum fragrantium, ℈ ana libr.
Aquæ rosarum ℈ duas.

In quibus macera & coque granorum infectoriorum succo turgentium contusorum, libram semissem.

Decoctum rubens coletur & exprimatur.

In quo dissolue sacchari optimi vncias sex.

Coque, & fiat syrupus.

In cuius portione calente & igni detracta dissolue
Ambari cineritij drachmas tres.

Cumque liquefactum fuerit Ambarum misce cum alia syrupi portione, dein inspergе & commisce.

Pulueris Santali citrini, si desit probatum lignum Aloës drachmas sex.
Cinamomi vnciam semissem.
Lapidis Cyani vsti & loti vulgo Lazuli, ℈ ana vnciam
Margaritarum præparatarum ℈ semissem.
Foliorum auri drachmam vnam.
Moschi drachmam semissem.

Fiat Electarium.

Lapidis Cyani vulgò Lazuli in officinis seruandi præparatio.

Lapis eligendus est, qui aureis stellulis & velut radijs micat cum cæruleo flaueſcentibus, quique prunis ignitus & aceto extinctus colorem non deponit.

Ita delectus lapis in pila ænea teritur, postea dum

ſuper Porphyrite lapide læuigatur, quater aqua limpida lauatur, cum autem eius minimæ particulæ ita ſolutæ videntur, vt tactum effugiant, in vas vitreum conijciatur aqua ſuperaffuſa ad lotionem eius perficiendam, ſæpius agitetur, deinde vbi ſubſiderit, aqua effundatur & puluis exſiccari ſinatur: qui ſiccatus alia affuſa aqua limpida ſimiliter lauabitur agitando & ſiccabitur, aqua vt antea dictum eſt effuſa, idque vicies repetetur. Sicque præparatus puluis ad vſum ſeruabitur.

Theriace.

℞. Trochiſcorum ſcilliticorum vncias ſex.

Trochiſcorum theriacorum,
Magmatis hedychroi,
Piperis longi,
Opij
} ana vncias tres.

Foliorum florum roſarum rubrarum ab vnguibus expurgatarum & in vmbra ſiccatarum.
Iridis Illyricæ, vel huius penuria Florentinæ,
Succi Glycyrrhizæ,
Seminis Napi ſylueſtris dulcis,
Scordij,
Opobalſami veri vel Peru-
} ana vnciam vnam & ſemiſſem.

uiani rubri, aut si desint olei nucis myristicæ per expressionem eliciti,
Cinamomi,
Agarici,
} ana vnciam vnam & semissem.

Myrrhæ Troglodyticæ,
Costi Arabici,
Croci Coricii,
Cassiæ ligneę, id est crassioris Cinamomi,
Nardi Indicæ,
Schœnanthi, vel ipsius iunci odorati si flores non suppetant,
Thuris masculi,
Piperis albi & nigri,
} ana drach. sex.
Foliorum Dictamni Cretici,
Marrubii,
Rhapontici,
Stœchados,
Seminis Petroselini Macedonici,
Calaminthes montanę,
Terebinthinæ,
Radicis Pentaphylli,
Zingiberis

Polij montani,
Chamæpityos,
Styracis calamitæ,
Mei,
Amomi ſeminis, vel eius loco Galangæ,
Phu Pontici, vel eius loco rad. Valerianæ maioris,
Nardi Celticę,
Terrę Lemnię verę,
Chamędryos,
Folij Indici ſeu Malabathri,
Chalcitidis toſtæ vel Chalcanthi ſeu Vitrioli albi,
Radicis Gentianę,
Seminis Aniſi,
Succi Hypociſtidis,
Carpobalſami vel cubebarum,
Gummi Arabici.
Seminis Fœniculi,
Cardamomi minoris,
Seſeleos,
Thlaſpios,
Ammeos,
Comarum hyperici,
Acaciæ,
Sagapeni,

} ana drachmas quator.

Caſtorei,

Caſtorei,
Rad. Ariſtolochiæ longæ ſeu tenuis,
Seminis Dauci,
Bituminis Iudaïci,
Comæ Centaurij minoris,
Opopanacis,
Galbani
} ana drachmas duas.

Mellis optimi expumati triplum, id eſt libras quatuordecim & vncias tres.

Vini Hiſpanici quantum ſatis fuerit diſſoluendis liquoribus, ſuccis & Gummi diluendis.

Fiat Opiata ex arte vſui reponenda.

Mel in vino Hiſpanico dilutum coquitur, Opium ſeorſim vino diluitur, Gummi & ſucci reliqui ſimul vini quantitate ſufficienti diſſoluuntur.

Primò opium dilutum cum toto melle diſſolui debet: item ſuccus Glycyrrhizæ ſolutus, deinde Gummi, poſtea chalcanthum ſeu vitriolum album non commune prout è minera eruitur, ſed nitidum ab omni ſorde & impuritate mundatum, toſtum fere ad rubedinem vſque admiſcetur, tandemque balſamum, tritique puluere non affatim, ſed paulatim adijciuntur.

Mithridatium.

℞. Myrrhæ,
Croci,
Agarici,
Zingiberis,
Cinamomi,
Nardi Indicæ,
Thuris maſculi,
Seminis Thlaſpeos } ana drachmas decem.

Seſeleos,
Opobalſami veri vel Peruuiani rubri, aut eius loco olei nucis Myriſticæ per expreſſionem educti,
Schœnanthi vel eiuſdem iunci ſi flores non ſuppetant,
Stœchados Arabicæ,
Coſti Arabici,
Galbani,
Terebinthinæ,
Piperis longi,
Caſtorei,
Succi Hypociſtidis,
Styracis calamitæ,
Opopanacis,
Folij Indici ſeu Malabathri, } ana vnciam vnã.

Cassiæ ligneæ id est crassioris Cinamomi,
Polij montani,
Piperis albi,
Scordij,
Seminis Dauci,
Carpobalsami vel Cubebarum,
Trochiscorum Cypheos,
Bdellij
} ana drac. septem.

Nardi Celticæ,
Sem. Petroselini Macedonici,
Gummi Arabici,
Opij,
Cardamomi minoris,
Seminis Fœniculi,
Radicis Gentianæ,
Rosarum rubrarum,
Dictamni Cretici,
} ana drachmas quinq;

Seminis Anisi,
Rad. Acori veri officinarum,
Aristolochiæ rotundæ,
Phu, seu rad. Valerianæ maioris,
Sagapeni,
} ana drachmas tres.

Mei,
Acaciæ,
Lumborum Scinci,
Comarum Hyperici
} ana drachmas duas & semissem.

Vini Hispanici quantum sufficiet Gummi, succis & liquoribus diluendis, id est libram vnam & semissem.

Mellis optimi despumati triplum seu libras nouem & vncias octo.

Fiat Opiata in vase idoneo reponenda.

TROCHISCI.

Trochiſci Theriaci.

℞. Carnis viperarum præparatarum cum anetho viridi & ſale in aqua puriſſima coctæ, vncias octo.

Teratur in pila marmorea cum piſtillo ligneo, ſenſim aſpergendo medullæ panis triticei albiſſimi, fermentati, arefactæ & tenuiſſime puluerateæ vncias duas & ſemiſſem.

Ita vt nulla viperinæ carnis particula non contuſa & permixta appareat, manibus inunctis opobalſamo formentur Trochiſci ponderis drachmæ vnius.

Super Setaceum inuerſum repoſiti in vmbra ſiccādi.

Neutiquam in vaſe ſtanneo, ſed in vitreo vel ſaltem vitrato ritè obturato ſeruandi.

Viperæ autem eligendæ ſunt fœminæ, non prægnantes, non è lacunis decerptæ, nec è locis mari vicinis, Balneis calidis aut ſalinis: agiles eſſe debent admodum, ſubflauæ, collum gracile maxime porrigere; quæ oculis ſunt ſubrubentibus, inuerecundæ, benè nutritæ, corpore toto & ventre vaſtiores, circa

veris finem aut æstatis initium quæsitæ, diu non seruatæ, sunt in vsum reuocandæ, postquam virgis cæsæ, ijs caput & cauda ad quatuor vtrimque digitos amputata fuerint, modo post earum partium amputationem motu agitentur irrequieto, & sanguinem profundat: quæ enim statim immotæ iacent atque exangues, reijciendæ sunt vt inutiles. Vtiles vero ac vt dictum est mutilatæ, detractis cute, adipe & visceribus, in aqua limpida ter quaterue mutata abluantur, dein in olla fictili noua & nitida cum aqua sufficienti pauco sale & Anetho viridi coquantur, igne luculento, non tamen violento & fumi experte quoad à carnibus spina facile detrahatur.

Anethi viridis manipulus vnus cum dimidio, aut manipuli duo sufficient pro quatuor aut quinque viperis: qui numerus sufficiet parandis tribus vnciis Trochiscorum, ad Theriaces confectionem requisitorum.

Trochisci de Scilla.

℞. Medullæ Scillæ præparatæ vncias duodecim.
Farinæ Erui rufi tenuissimæ & cribratæ vncias octo.

Simul exquisite tunsa cum pistillo ligneo in mortario marmoreo, formentur in pastillos ponderis drachmæ vnius, & in vmbra siccentur æstate, vel supra furnum alia tempestate.

Scillæ autem eligendæ sunt albæ veræ Hispanicæ mediæ magnitudinis, Iulio mense vel serius cum earum folia fere sicca sunt & scapus exaruit, ex loco libero conuenienti collectæ, in quo frequentes Scillæ luxuriant, procul à mari, salinis & Balneis calentibus. Eæ cortice exteriore spoliandæ sunt, parsque inferior & durior cui fibrosæ radiculæ adhærent secanda est, atque abijcienda, tum pulticula triticea probè subacta obductæ, sub cineribus calidis vel potius in clibano coquuntur, donec pulticula indurueriț, ita vt rimas agat & Scilla mollis ac tenera, intromisso bacillo iudicetur, tum exteriore crusta & interiore meditullio ablatis, in mortario marmoreo cum pistillo ligneo terenda & cernenda, priusquam farinæ erui permiscea-tur.

Trochisci Hedrychroi.

℞. Mari vel Maioranæ maioris,
Amaraci seu Maioranæ minoris,
Asari radicis,
Aspalathi eius qui à Dioscoride describitur, qui prostat in officinis nunc aduectus è Creta, qui si non suppetat,
Santalus citrinus est sufficiendus. } ana drachm. duas.

Schœnanthi vel ipsius iunci si flores non suppetant,
Calami Aromatici, vel eius vice Acori veri officinarum,
Phu pontici, vel rad. Valerianæ maioris,
Xylobalsami, vel eius defectui ligni Aloës,
Opobalsami veri, vel Peruuiani rubri, quorum loco vbi desunt, olei nucis myristicæ per expressionem facti,
Cinamomi,
Costi Arabici
} ana drac. tres.

Myrrhæ,
Folij Indici, seu Malabathri,
Croci,
Spicæ Nardi,
Cassiæ ligneæ seu crassioris cinamomi
} ana drachmas sex.

Amomi vel Galangæ drachmas duodecim.
Mastiches drachmam vnam.

Ex his omnibus tritis & cum vino Hispanico subactis finguntur Trochisci.

Trochisci

Trochiſci Cypheos.

℞. Pulpæ vuarum albarum, pinguiſſimarum, paſſarum, quales Damaſcenæ.
Terebinthinæ puræ in vaſe aut lebete ſuper accenſis carbonibus ſine aqua exſiccatæ ana vncias tres.

Myrrhæ, Schœnanthi } ana vnciam vnam & ſemiſſem.
Calami aromatici drachmas nouem.
Cinamomi vnciam ſemiſſem.
Vnguium Bdellij ſeu partium eius lucidiorum & magis albicantium, Spicæ Nardi, Caſſiæ ligneæ, Rad. Cyperi veri ex Syria aduectæ, Baccarum Iuniperi grandium & pinguium } ana drachmas tres.
Aſpalathi antea deſcripti, vel eius loco Santali Citrini drachmas duas & ſemiſſ.
Croci drachmam vnam.
Mellis expumati, vini Hiſpanici ana quantum ſatis fuerit ad Trochiſcos concinnandos.

Trochiſci de Cappariibus.

℞. Corticis rad. Capparis, Seminis Agni } ana drachmas ſex.
Gummi ammoniaci vnciam ſemiſſem.

Corticis Tamariſci,
Rad. Acori,
Ariſtolochiæ rotundæ,
Foliorum Calaminthæ,
Rutæ,
Seminis Naſturtij,
Nigellæ,
Amygdalarum amararum,
Succi Scolopendrij noſtri vulgaris, id eſt linguæ ceruinæ, leui coctione inſpiſſati,
Gummi Laccæ præparati
} ana drachmas duas.

Rad. Cyperi,
Foliorum Scolopendrij, id eſt Ceterachi,
Rubiæ tinctorum
} ana drach. vnam.

Omnia trita & puluerata excipiantur Ammoniaco in aceto diſſoluto & formentur Trochiſci.

Trochiſci de Eupatorio.

℞. Succi Eupatorij, id eſt Agrimonij, inſpiſſati
Mannæ Calabrienſis minime adulteratæ.
} vnciam vnam.

Succorum Abſinthij & Cuſcutæ inſpiſſatorum,
Roſarum rubrarum
} ana vnciam ſemiſſem.

Spodij,
Spicæ Nardi,
Rhei,
Asari,
Santali Citrini } ana drachmas duas.

Cum alio succo Eupatorij depurato parum cocto formentur Trochisci.

Trochisci Halicacabi.

℞. Baccarum Halicacabi siccatarum vnciam vnam.
Quatuor seminum frigidorum maiorum mundatorum,
Papaueris albi,
Plantaginis } ana drachmas duas.

Boli Armeniæ,
Terræ Lemniæ,
Thuris,
Gummi Arabici,
Sanguinis Draconis,
Myrrhæ,
Mastiches,
Spodij,
Succini,
Amygdalarum amararum,
Nucleorum pineorum,
Seminis Apij } ana drachmas tres.

Cum ſucci Halicacabi & hydromelitis ana partibus æquis formentur Trochiſci ponderis drachmæ vnius.

Trochiſci Halicacabi cum Opio.

℞. Compoſitionis ſupra deſcriptæ Trochiſcorum vncias duas & ſemiſſ.
Quibus adde opij drachmam ſemiſſem.
Fiant Trochiſci vt ſupra.

Trochiſci de Myrrha.

℞. Myrrhæ optimæ vnciam ſemiſſem.
Lupinorum tenuiſſime tritorum drachmas tres.

Foliorum Rutæ,
Menthaſtri,
Pulegij,
Radicis Rubiæ tinctorum,
Seminis Petroſelini Macedonici,
Aſæ fœtidæ,
Sagapeni,
Opopanacis
} ana drachmas duas.

Cum ſucco Artemiſiæ formentur Trochiſci.
Eiuſdem Artemiſiæ ſucco liquentur Aſa fœtida Sagapenum & Opopanax.

Trochiſci de Terra Lemnia.

℞. Terræ Lemniæ,
Boli Armeniæ,
Sanguinis Draconis,
Gummi Arabici aſſati,
Roſarum rubrarum,
Seminis roſarum,
Amyli aſſati, } ana drachmas duas.
Spodij,
Acaciæ,
Hypociſtidos,
Lapidis Hæmatitæ,
Balauſtiorum,
Corallirubri,
Succini
Margaritarum, } ana drachmam vnam &
Tragacanthæ, } ſemiſſem.
Seminis Papaueris nigri,
Seminis Portulacæ toſti,
Cornu cerui vſti,
Thuris,
Nucum Cupreſſi, } ana drachmam vnam.
Croci,
Caryophyllorum,
Macis,
Opij

Cum succo plantaginis. Fiant Trochisci.

Trochisci de Caphura.

℞. Caphuræ scrupulos quatuor.
Radicis Nymphææ,
Florum rosarum rubrarum,
Violarum,
Spodij,
Glycyrrhizæ,
Santali citrini,
Gummi Arabici,
Amyli,
Tragacanthæ } ana drachmas duas.

Quatuor seminum frigidorum maiorum, } ana drachmam vnam.
Portulacæ

Cum mucilagine seminis Psyllij in aqua solani extractæ. Fiant Trochisci.

Trochisci de Agarico.

℞. Agarici comminuti ferri albi lamina tenui curuata foraminibus multis exasperata vncias duas.
Salis gemmei drachmam vnam.
Macerentur cum vino albo generoso infusionis Zingiberis & fiant Trochisci.

Qui ſiccati puluerentur & denuo eadem infuſione excipiantur, & in Trochiſcos redigantur.

Infuſio autem parabitur in hunc modum.

℞. Zingiberis parum triti vnciam ſemiſſem.

Infunde in vncijs octo vini albi generoſi per viginti quatuor horarum ſpatium in vaſe oris anguſti ritè obturati.

Trochiſci de Colocynthide, vulgò Alhandal.

℞. Pulpæ Colocynthidos albæ, leuis & à ſeminibus repurgatæ vncias quatuor.

Forficibus incide & manibus frica diu & multoties cum elei roſati. vncia ſemiſſe.

Deinde tere in mortario donec in puluerem tenuiſſimum redigatur, quem excipe ſufficienti quantitate mucaginis ſequentis & forma Trochiſcos paruos qui ſiccati in vmbra, rurſus in tenuiſſimum pollinem redigantur, & cum eadem mucilagine fiant rurſus Trochiſci qui ſiccati tertiò puluerentur & ſimiliter in Trochiſcos redigantur vſui ſeruandos.

℞. Gummi Tragacanthæ, Arabici & Bdellij ana drachmam vnam.

Macerentur per quatriduum in aquæ roſarum ſtillatitiæ vnciis octo.

Maceratione & ſolutione peracta colentur per linteum & exprimantur.

Trochiſci albi Rhaſis.

℞. Ceruſæ aqua roſarum ter lotæ & ſiccatæ drachmas decem.
Sarcocollæ craſſioris drachmas tres.
Amyli drachmas duas.
Gummi Arabici, } ana drachmam vnam.
Tragacanthæ }
Caphuræ drachmam ſemiſſem.

Seorſim trita lacte muliebri excipiantur omnia & fingantur Trochiſci.

Vtendi tempore admiſcebitur opium pro Medici prudentia.

Gummi Arabicum & Tragacanthæ pinſuntur in mortario multum calefacto, blando piſtilli candentis attritu, ducti per fundum velut friando ad latera mortarij: poſtea tranſmittitur puluis linteo tenui, adaptato inſtrumento ſuccis ſiccis cernendis dicato.

OLEA

OLEA.

OLEA in Pharmacopoliis seruanda, sponte nascentia sunt,

Petroleum &

Balsamelæum, seu Opobalsamum optimum. Orientale scilicet, aut eius loco Peruuianum rubrum & album, seu liquor oleosus veræ Terebinthi.

Olea per expressionem elicita.

Oleum propriè dictum: quod triplex seruari debet.

Omphacinum ex oliuis immaturis expressum.

Virgineum ex oliuis tantum tritis nondum torcularis commissis.

Completum è maturis oliuis torcularis compressu elicitum.

Oleum amygdalarum dulcium ex tempore ita Parandum est.

℞. Amygdalarum dulcium ſiccarum integrarum, non rancidarum quantum volueris, plurimum & celeriter tere in mortario lapideo, cum piſtillo ligneo guttis aliquot aquæ affuſis, in offas collige, dein ſacculo cannabino, ſtamine, vel cilicio è ſeta equina contexto concluſas, ſenſim & ex interuallis torculari exprimito in oleum clariſſimum, & dulciſſimum, omnium optimum, atque omnis alienæ qualitatis expers.

Oleum Caryinum.

℞. Nouellas nuces iuglandes & adhuc tenellas per ſex horas aqua frigida maceratas, digitiſque à cortice membranoſo liberatas: ſi tamen minus commodè maceratæ frigida pelliculam deponant, conijciantur in tepidam, vt eam facilius exuant: ſicque mundatæ in linteo duplici contineantur quatuor horarum ſpatio, donec exſiccatæ ſint, dein vt ante dictum eſt, terantur, & oleum exprimatur.

Oleum amygdalarum amararum parari debet ex amygdalis amaris ſiccis & integris, non rancidis, nec à pellicula repurgatis, ſed tantum linteo aſperiori confricando deterſis, diligentiſſime tunſis, & in ſacculum ſetaceum vel cannabinum coniectis, dein prælo commiſſis preſſiſque dum oleum emanet.

Oleum è vitelllis ouorum.

℞. Oua recentia quot voles elixentur donec penitus induruerint, vitellos duros exime, & manibus comminue, dein in sartagine terrea vitrata ad mediocrem ignem frigantur, spathula lignea assidue mouendo donec rubescant, & pinguedinem quandam emittant, tunc calentes in sacculum pilis contextum conijciantur, & calenti prælo mandentur vt oleum effluat. Quod in Balneo Mariæ digeri debet.

Oleum Laurinum.

℞. Baccarum Lauri maturarum & recentium quantum voles, terantur in pila, dein ex aqua coquantur, & torculari plano in vas subiectum, in quo aqua continebitur, exprimantur, & quod aquæ supernatabit oleum colligatur.

Eadem ratione extrahitur oleum è baccis maturis & rec. myrti.

OLEA DESTILLATIONE EXTRAHENDA.

Oleum spicæ seu Lauendulæ.

℞. Spicæ maioris seu Lauendulæ folij latioris & albi moderate siccatæ quantum voles.

Maceretur in aquæ sufficienti quantitate, dein

in vesicam vitream conijciatur, cui stillans capitellum rostratum inducatur accuratè obturatum, è cuius ceruice receptaculum propendeat etiam diligenter obsignatum, & in fornace, vt decet structa collocetur, ignis subtus accendatur, & serosus liquor qui primum manabit, separetur ab oleo vsui reponendo in vase idoneo ritè obserato extra Pharmacopolium.

Oleum Ceræ.

℞. Ceræ flauæ virgineæ, odoratæ, puræ libram vnam.

Igni lento liquetur, & tandiu coquatur donec nullatenus in bullas abeat: subducto igne permisce liquatæ ceræ salis ita exsiccati, vt nullum edere possit crepitum libras tres.

Vbi mixtura refrixerit, mittantur in ampullam vitream incuruam, luto tenaci vndiquaque obductam: substernatur ignis primum lentus, deinde auctior, vt oleum extillet in phialam vitream ceruici cucurbitæ ritè agglutinatam: quam oleo refertam & sejunctam obturare conuenit, recondere & seruare.

Oleum Terebinthinæ.

℞. Terebinthinæ Venetæ libras quatuor.
Aquæ communis libras quindecim.

Mittantur in vas æneum amplum angusti orificij, & satis oblongæ ceruicis, quod cooperculum habeat cui

in extima & suprema sui parte vas frigida plenum annectitur, refrigeratorium vulgo dictum, igne substrato extillabit oleum tenue, quod aquæ innatans in excipulo secerni debet, & in Balneo Mariæ digeri, donec omne Empyreuma deponat.

Potest etiam sed minori quantitate, elici istud oleum per vas vitreum in Balneo Mariæ.

Ex residuo adhuc liquido & humore referto, seu fæce Terebinthinæ prius destillatæ quam Colophoniam vocant, prolicitur in vase vitreo recuruo oleum flauum & rubrum ignis validioris ope per cineres. quod debet in Balneo Mariæ digeri, donec omne deposuerit empyreuma.

Oleum succini.

℞. Succini puluerati libram vnam.

Infunde per duodecim horas in vini albi libris duabus.

Deinde conijciantur in cucurbitam vitream incuruam, optimo luto vndiquaque obuallatam, cui excipulum vitreum amplissimum oblonga ceruice præditum tenacissimo glutine connectatur, postquam in fornace conuexa optime collocata fuerit, & subdito igne primo lento, deinde validiore, ita vt flammæ vndique reflexæ in vas reuerberent, fiat destillatio per viginti quatuor, vel tringinta horas: initio manabit aqua ingrata aciditate asperrima, tandem oleo-

fus vapor albicans totum excipulum opplens, qui tandem subsidit: perfecta destillatione & extincto igne oleum ab aqua seperetur, cuius portio seruetur ad vsum: alia vero portio iterum destilletur per cineres, vel in Balneo Mariæ digeratur, donec oleum flauum, limpidum & splendens appareat.

Oleum Sulphuris.

℞. Sulphuris flauissimi ignem non experti, pulueratilibras tres

Cuius portio mittatur in vas quod possit vim ignis eludere, cui fulcris sustento subijciatur patina amplior, superposita campana vitrea aut terrea plumbata, quæ sexdecim saltem librarum capax sit, ita vt labra vtriusque patinæ & campanæ duos circiter aut tres digitos à se inuicem distent: campana autem ita aptari debet, vt paruis quibusdam lignis incisis, ac exæquis interuallis margini patinæ insertis sustineatur ac suspendatur. Quæ quidem laterna maxima contineri debent atque sustineri & reponi in loco obscuro puta subterraneo, vt in cella, vdo cœlo, ne ventis perflantibus vapor sulphureus dissipetur, qui ne lædat artificem sub camino opus illud in hunc modum peragetur.

Ferro ignito vel potius osse bubulo candente sulphur accenditur & agitatur, eo absumpto aliud ponitur & similiter ignitur, vt fumum crassum & copio-

sum emittat, qui ad campanam raptus & ab ea exceptus in oleum concrescit, quod in subditam paropsidem delabitur, & ad vsum seruatur.

Spiritus Vitrioli.

℞. Vitrioli optimi libras duodecim.

Vratur in vase terreo igne moderato, donec omnè deposuerit humiditatè: deinde vase refrigerato quod post cremationem restat librarum circiter septem, pulueretur cum libra vna fragmentorum vasis, & simul mixta conijciantur in cucurbitam fictilem incuruam, cuius tertia pars vacua sit: cui aptabitur excipulum vitreum amplum, ceruice tamen breui præditum, luto tenaci & salito obsignatum, postquam in fornace conuexa optime collocata fuerit, ita vt flammæ vndique reflexæ in cucurbitam reuerberent.

Quibus peractis patella lata, vnius pedis altitudine, in fundo foramine quadrangulari peruia, superponenda est cucurbitæ, vt fornacis orificium æqualiter occludatur, atque super fornacis marginibus, cuiuscunque figurę existat, lateres circumquaque instruendi sunt, vsque ad patellæ altitudinem, spatiumque quod inter lateres & patellam interiacet, cineribus omnino replendum est. Dein caminus apparandus venit, ex quatuor lateribus iuxta quadratum patellæ foramen, vt flamma cum opus fuerit, illac facilius euolet. His absolutis statim initio camini fora-

men obturandum est quatuor horarum spatio, atque etiam inferius fornacis foramen, ita tamen vt carbones in fornace contenti non extinguantur, sed paulatim accendantur, & cucurbitam sensim calefaciant: quatuor horis elapsis augetur ignis apertis pedetentim foraminibus superiore & inferiore, donec flamma per caminum apertum exiliat, & cucurbita tota rubescat: quod vbi conspicitur, inferius fornacis foramen omnino reseretur, atque camini elatius & ignis luculentior fiat octodecim aut viginti horarum spatio, donec spiritus prodierint. Duobus abhinc diebus linteo madido inuoluitur lutum quo excipulum cucurbitæ committitur per horæ spatium, vt vitro integro remanente separentur. Deinde aquosa pars ab oleosa secernitur destillatione in Balneo Mariæ, aut per cineres facta.

Spiritus Salis.

℞. Salis marini calore solis non ignis vi geniti, sed postea cremati libras duas.
Puluueris Laterum libras sex,
Mittantur simul in cucurbitam vastam incuruam colli longioris, cujus tertia pars vacua sit: cui aptetur excipulum amplum quod aquæ stillatitiæ libram vnam contineat, & subdito igne auctoque gradatim per triginta horarum spatium fiat destillatio, qua perfecta, seclusisque aqua & phlegmate

te supereſt ſalis ſpiritus quem iterum deſtillationi committere conuenit, vt rectior & purior fiat.

OLEA INFVSIONE ET COCTIONE MEDICATA.

Oleum Roſarum.

℞. Foliorum florum roſarum rubrarum, recentium, expanſarum, in mortario marmoreo cum piſtillo ligneo leuiter tunſarum, libram vnam.

In vas vitreum, vel ſaltem fictile vitratum conijce & affunde olei communis recentis & ſalis expertis (quod ſi non ſuppetat quater ſaltem lauetur frigida) libras quatuor.

Obturato vaſe inſola per ſeptem dies ſi ſol clarus illuceat; ſin minus ſuper calidos cineres repone, vel macera in Balneo Mariæ tepente per triduum duntaxat, tum leuiter coque in duplici vaſe & exprime, abiectiſque roſis nouas immitte eadem quãtitate, inſola, macera, coque, exprime & abijce roſas vt dictum eſt.

Tum demum foliorum integrorum roſarum rubrarum modice prius in vmbra ſiccatarum libram ſemiſſem,

In idem oleum conijce per plures dies, inſola & ſimul

relinque per totum annum ad vſum.
Nouum autem paretur ſingulis annis, nec in plures ſeruetur.

Oleum roſaceum Omphacinum.

℞. Olei omphacini recentis libras quatuor.
Foliorum florum roſarum rubrarum recentium, nondum expanſarum, leuiter vt dictum eſt tunſarum libram vnam, in vas vitreum vel fictile vitratum ſimul conijce & vaſe obturato, fac vt in oleo roſaceo ſupra deſcripto; ea lege vt tres fiant roſarum infuſiones, in quarum poſtrema roſæ quoque recentes non ſiccatæ infundantur, & poſt vnius menſis inſolationem exprimantur, abijcianturque & ſyncerum oleum aſſeruetur in vnum tantum annum.

Oleum Violarum.

℞. Foliorum florum violarum purpurearum, quas Martias vocant, à Calice mundatarum libram ſemiſſem.
Conijce in olei communis recentis & inſulſi libris quatuor.
Inſola in vaſe vitreo, vel figulino vitrato, obturato, per dies quinque: vel vt in oleo roſarum dictum eſt, macera per biduum, deinde violas exprime & abijce, nouaſque inijce, inſola & macera vt prius, expri-

me, abiice. Tum demum florum violarum in vmbra leuiter ſiccatarum vncias quatuor.

Conijce in idem oleum, inſola per dies decem & ſimul ſerua ad vſum annum tantum.

Oleum Liliorum.

℞. Foliorum florum liliorum alborum, recentium, detracta parte crocea, inciſorum libram vnam.
Olei communis recentis, inſulſi, vel frigida ſæpius lauti libras quatuor.

Conijce in vas vitreum, vel figulinum vitratum, quo obturato inſola per decem dies, tum coque leuiter in Balneo Mariæ & cola: floribus reiectis nouos immitte, inſola, coque & cola, atque id tertio: floribuſque abiectis oleum ſerua ad vſum.

Oleum Nymphææ.

℞. Foliorum florum Nymphææ albæ, detracta exteriore parte herbacea & interiore crocea, leuiter tunſorum libram ſemiſſem.
Olei communis frigida ſæpius loti. libras quatuor.

In vas idoneum obturatum coniecta, inſolentur per quindecim dies, tum leuiter coquantur in Balneo Mariæ, & exprimantur: idipſum tertiò repetatur & expreſſum oleum vſui reponatur.

Oleum Chamæmelinum.

℞. Florum Chamæmeli vulgaris modice in vmbra ſiccatorum & leuiter tunſorum libram vnam.
Olei communis libra quatuor.

Conijce in vas idoneum vt ſupra, & per dies ſeptem inſola, dein coque in Balneo Mariæ paulo diutius, quam prædicta: ſecundo id fiat: tertio vero eorundem florum libra ſemiſ.

Infundatur, relinquatur ac ſimul ſeruentur ad vſum.

Oleum Hyperici.

℞. Summitatum Hyperici cum floribus & ſemine leuiter contuſarum libram vnam.

Contundendo irrorentur vini optimi libra ſemiſſe.

Tum conijciantur in olei communis & dulcis libris quatuor.

Inſola per ſeptem dies, dein coque in Balneo Mariæ ad vini conſumptionem & cola: idem ſecundo fiat: tertiò verò ſummitates alias pari quantitate & paululum ſiccatas ſine vino in idem oleum conijce & relinque.

Oleum Anethinum.

℞. Comarum Anethi viridium, mediocriter per aliquot horas in vmbra ſiccatarum & conciſarum libram vnam.

Conijce in olei communis & dulcis libris quatuor. Inſola per ſeptem dies in vaſe vitreo rite obturato: dein coque modice in Balneo Mariæ & exprime, nouaſque comas pari quantitate in idem oleum conijce: fac vt ante & poſt tertiam infuſionem & coctionem oleum cola & ſerua.

Oleum Abſinthij.

℞. Comarum Abſinthij recentium & leuiter contuſarum libram vnam.
Succi earundem libram ſemiſſem.
Olei Omphacini libras quatuor.

Inſola vt ſupra, & coque ad ſucci conſumptionem, ter id repete & oleum colatum ſerua.

Oleum Maſtichinum.

℞. Maſtiches parum tritæ libram ſemiſſem.
Vini rubri libram vnam.
Olei roſati Omphacini libras duas.

In vaſe duplici bulliant ad vini conſumptionem inter coquendum ſpathula mouendo. Oleum colatum ſeruetur.

Oleum Euphorbij.

℞. Euphorbij albi & recentis puluerati, aliquot olei Anethini guttis superfusis libram semissem. Rufi vero & veteris, si recens non suppetat, drachmas sex.

Permisceantur vini rubri vnciis sex.
Olei Anethini vnciis decem.

Bulliant simul in vase duplici, spathula subinde mouendo, donec vinum exhalarit: postea percolatum oleum vsui reponendum.

Oleum Papauerinum.

℞. Foliorum capitum & florum Papaueris semen album feruentis libram semissem.

Papaueris nigrum semen producentis tantundem.
Olei Omphacini libras quatuor.

Insola per dies octo in vase vt supra: coque ad humidi excrementitij absumptionem: teridipsum repete & oleum colatum serua.

Oleum Melinum seu Cydoniorum.

℞. Cydoniorum immaturorum, externa lanugine detersa, reiectisque tantum seminibus, ferramento segmentis quibusdam exasperato, derasorum.

Succi eorundem ana libram semissem.

Olei Omphacini libras tres.

Misce in vase vitrato & super cineres calidos diebus quindecim infunde, dein coque horis quatuor, in vase duplici, ad succi consumptionem: expressis Cydoniis, par Cydoniorum & succi eorundem quantitas infundatur, coquatur, abiiciatur: atque etiam tertio, dum nihil reliquum sit humoris. Expressum tandem oleum & colatum recondatur.

Oleum è capparibus.

℞. Corticis radicis Capparis vnciam vnam.

Corticis Tamarisci,
Radicis Ireos,
Cyperi,
Aristolochiæ rotundæ, } ana drachmas duas.
Foliorum Tamarisci,
Scolopendrij vulgo Ceterachi,
Seminis viticis,

Foliorum rutæ & Sabinæ siccorum, } ana drachmam vnam.

Vini albi optimi, }
Aceti, } ana vncias tres.

Olei dulcis libram vnam & semissem.

Parum trita & incisa coque in vase duplici, ad consumptionem vini & aceti. Percolatum oleum reponi vsui.

Oleum Lumbricorum.

℞. Lumbricorum terrestrium, floridorum, ter aquâ lotorum & in vino albo per duodecim horas maceratorum, ita vt terram omnem eructent libram semissem.

Vini rubri vncias quatuor.

Olei veteris & clari libras duas.

Coquantur simul in vase duplici, dum vinum consumptum sit & lumbrici contabuerint: expressum oleum & percolatum seruetur ad vsum.

Oleum Vulpinum.

℞. Vulpem ætatis mediæ, vindemiarum tempore captam, pelle nudam & exenteratam, in minima frusta vna cum ossibus diuisam. Coque in fictili nouo, in aquæ fontanæ & marinæ paribus portionibus, ea quantitate quæ sufficiat ad coquendam vulpem ad putrilaginem vsque. Vbi aquæ circiter medium bulliendo absumptum fuerit, adiice herbarum Anethi, thymi & origani minutim sectarum ana manipulos duos: post aliquot bullitiones, adde olei veteris & clari libras quatuor.

Coque ad artuum dissolutionem & aquæ consumptionem: dein calens oleum exprimendo cola & ab impuritate & crassicie separatum, ad vsum serua.

Oleum

Oleum Castoreí.

℞. Castoreí à pelliculis rectè mundati vnciam vnam.
Dissoluatur in vini optimi vnciis tribus.
Olei veteris libra vna.
Coque in vase duplici ad vini consumptionem & oleum castoreo remanente seruetur ad vsum.

Oleum è Scorpionibus simplex.

℞. Scorpiones terrestres viuos mediocris magnitudinis numero viginti.
Minores vero numero triginta.
Macera per dies triginta ad Solem æstiuum, in vase vitreo rite obturato, in libris duabus olei amygdalarum amararum, dein cola & vtere.

Balsamum.

℞. Foliorum vtriusque plantaginis,
Telephij,
Symphyti Maioris,
Symphyti Petræi: vulgò Buglæ,
Symphyti minoris, vulgò Prunellæ, } ana manipulum vnum.
Sanicula,
Ophiogloſſi,
Veronicæ vtriusque,
Absinthij vulgaris,
Geranij Robertiani,

Millefolij,
Piloſellæ,
Centaurij minoris,
Summitatum Hyperici, } ana manipulum vnum.
Hederæ terreſtris,
Pentaphylli

Recentibus omnibus in mortario contuſis, affunde vini rubri auſteri & aquæ vitæ ana libram ſemiſ.

Macerentur diebus quatuor ſupra cineres calidos: quinto ſuccus ex his tepefactis exprimatur, in quo diſſolue,

Olei roſacei libras duas.

Coque in vaſe duplici, dum ſucci dimidium conſumptum fuerit, tum adde Terebinthinæ Venetæ libram vnam. Olibani vncias duas.

Percoquantur ad reliqui ſucci conſumptionem.

Poſtea colentur & reponantur in ampulla vitrea, diligenter cera obducta, vſibus extemporaneis.

E P

ONGVENTA.

Vnguentum Roſarum.

℞. Adipis porcini recentis à membranis expurgati, aqua primum calente nouies, dein toties frigida loti.

Roſarum rubrarum recentium, expanſarum & contuſarum ana libras duas.

Miſceantur roſæ cum adipe, in quo dies ſeptem marceſcere relinquantur : fuſus adeps in vaſe duplici igne lento percoletur: in quo rurſus roſarum rubrarum contuſarum tantundem maceretur diebus ſeptem, affuſa ſucci roſarum rubrarum libra vna.

Olei amygdalarum dulcium ſine igne expreſſi vnciis tribus.

Senſim coquantur in vaſe duplici, dum ſuccus totus abſorptus fuerit, dein exprimantur, abiectiſque roſis hoc modo ſeruetur, ſine anchuſa & opio.

Opium pro re nata ea quantitate permiſcebitur, quæ neceſſaria videbitur Medico.

Populeum.

℞. Gemmarum populi albæ recentium libram vnam.

Contundantur & macerentur in axungiæ suillæ insulsæ & præparatæ libris tribus.

In vase figulino vitrato oris anguſti rite operculato: loco modice calido reponatur, dum quæ sequuntur omnia æstate comparari possint.

℞. Foliorum Papaueris nigri,
Mandragoræ,
Hyoscyami albi,
Solani hortensis,
Semperuiui maioris.
Minoris,
Lactucæ,
Bardanæ,
Violæ,
Vmbilici Veneris,
Cimarum rubi tenerrimarũ } ana vncias tres.

Contusa omnia misceantur cum axungia & oculis populi, reponanturque in loco calido: dein exactis diebus septem affunde vini rubri, tenuis & odori libram vnam.

Coquantur in vase duplici lento igne, dum liquor omnis consumptus fuerit, continuo agitando pistillo ligneo.

Colentur, exprimanturque torculari & vnguentum seruetur.

Vnguentum album.

℞. Ceræ albæ minutim concisæ vncias tres.
Olei rosati omphacini libram vnam.
Liquentur simul in vase figulino vitrato.
Tum adde ceruſæ per setaceum traiectæ, } ana vncias
Lithargyriauri præparati } tres.

Prius autem debent in aqua primum communi ablui sæpius, tandem rosacea, qua ejecta, exsiccantur in vase figulino vitrato linteo albo cooperto.

Diu pistillo ligneo agitentur, dum perfrixerint.

Demum adde albumina duorum ouorum, diu ante subacta & iterum omnia diu simul moue & in vnguentum redige.

Acetum & caphura vtendi duntaxat tempore admiscenda sunt, prout Medico videbitur.

Vnguentum Stypticum.

℞. Gallarum immaturarum non perforatarum,
Nucum cupressi,
Baccarum myrti,
Balaustiorum, } ana vnciam vnam.
Malicorij,
Calicum glandium,
Acaciæ nostratis,
Rhois vulgo Sumach,

Mastiches seorsim puluerata,
Sanguinis Draconis,
Boli Armeniæ, } ana vnciam vnam.

Omnia exquisite trita, macerentur per dies quatuor, in succis mespilorum & sorborum immaturorum, dein siccentur igne lento & cum olei rosati, in aqua aluminosa quater loti libris duabus.

Ceræ albæ vnciis quatuor.

Simul liquatis, commisceantur: & spathula agitando in vnguentum redigantur.

Vnguentum Diapompholygos.

℞. Olei rosati Omphacini libram vnam.

Succi è solano, eiusque baccis viridibus expressi vncias quatuor.

Coquãtur simul lento igne ad succi cõsumptionẽ. Tunc adde & cum his liqua, ceræ albæ vncias duas. Ab igne remoto vase prædictis superinijce.

Puluerum tenuissimorum pompholygis lotæ vncias tres.

Ceruse lotæ,
Plumbi crudi, } ana vncias duas.

Postremo Thuris puri vnciam vnam.

Pistillo ligneo continenter agita dum refrixerint & vnguenti formam acquisierint.

Vnguentum rubrum exsiccans.

℞. Olei rosati Omphacini libram vnam.
Ceræ albæ vncias quinque.
Simul liquatis & ab igne remotis: insperge
Lapidis calaminaris, id est cadmiæ lapidosæ ærariæ semel atque iterum in aceto fortissimo extractæ, deinde ter in aqua dulci & pluuiali lotæ.
Boli communis subtilissime tritorum ana vncias quatuor.
Lithargyri auri, } ana vncias tres.
Ceruſæ præparatæ }
Caphuræ drachmam vnam.
Hæc omnia tandiu pistillo ligneo agita dum cerati consistentiam acquirant.

Vnguentum de Althæa.

℞. Radicis Althææ recentis, mundatæ & contusæ libram vnam.
Maceretur in aquæ decoctionis hordei libris tribus.
Seminis Lini } ana libram
Fœni igræci contusorum } semissem.
Macerentur ista duo simul per viginti quatuor horas, in aquæ decoctionis hordei libris tribus, super calidos cineres: leuiter bulliant & mucilago exprimatur, de qua sume libram vnam.

Adipis suilli recentis,
Medullæ vituli } ana vncias duas.
Olei violarum
Amygdalarum dulcium } ana libram semissem.
Olei communis salis expertis libram vnam.
Bulliant simul ad mucilaginis consumptionem, semper agitando, ac tum adde.
Ceræ minutim concisæ vncias octo.
Resinæ pineæ puluerate vncias tres.
Liquatis & ab igne remotis ac paulatim refrigeratis, adijce Terebinthinæ:
Gummi Ammoniaci in vino albo soluti, colati, ad mellis crassitudinem cocti & postea Terebinthinæ permixti ana vnciam vnam.
Omnia commixta & pistillo ligneo agitata, rediganter in vnguentum.

Vnguentum Aregon.

℞. Roris marini,
Majoranæ,
Radicis Ari, vulgò Iari,
Serpilli,
Rutæ,
Radicis cucumeris agrestris, } ana vncias tres.
Balsamitæ,
Foliorum Lauri,
Saluiæ satiuæ,

Conyzæ

Conyzæ vtriusque, seu pulicariæ maioris & minoris } ana vncias tres.

Seminis vrticæ vncias duas.
Laureolæ vncias nouem.
Foliorum cucumeris agrestis, Nepetæ, } ana libram semis.
Ocimi,
Calaminthes montanæ,
Absinthij,
Primulæ veris,
Costi hortensis,
Abrotoni fœminæ,
Seminis herbæ caphuratæ } ana vncias quatuor & semiss.

Omnia mense maio collecta, recentia & expurgata tundantur & macerentur diebus septem in olei optimi libris tribus.

Affusis aquæ vitæ vnciis quindecim.
Octauo die, additis ceræ citrinæ vnciis viginti.
Adipis vrsini,
Butyri recentis,
Medullæ ceruinæ } ana vncias quatuor.

Coquantur donec contabescant, & aqua substantia sit absumpta.

Colentur & exprimatur quicquid oleosum est, & pingue; in quo ab igne remoto, & adhuc calente, dissolue.

Olei laurini vncias quatuor.
Petrolei vnciam vnam.
Tum inſperge, puluerum
Maſtiches,
Olibani,
Myrrhæ,
Pyrethri, } ana vnciam vnam.
Euphorbij,
Zingiberis,
Piperis,
Exquiſite permiſceantur & fiat vnguentum.

Tetrapharmacum, ſeu Baſilicum.

℞. Reſinæ pineæ,
Picis naualis quæ nondum picandis nauibus inſeruiuit, } ana libram ſemiſſ.
Ceræ flauæ, à ſordibus repurgatorum.
Minutim concidantur & liquentur cum olei dulcis libris duabus.
Vbi parum refrixerint piſtillo ligneo agitentur & in vnguenti conſiſtentiam redigantur.

Aureum.

℞. Ceræ citrinæ libram ſemiſſem.
Olei communis non rancidi libras duas.
Terebinthinæ claræ vncias duas.

Resinæ pineæ, } ana vnciam vnam &
Colophoniæ vulgaris } semiss.
Thuris, } ana vnciam vnam.
Mastiches }
Croci drachmam vnam.

Cera ex oleo liquatur, liquata igni detrahitur adijciturque terebinthina, dein vbi medicamentum refrigerari incipit, puluis resinæ, colophoniæ, thuris, Mastiches seorsim paratus, semper agitando miscendus est: postremo vbi refrixit vnguentum, crocus pulueratus inspergitur & exquisite vnguento permisceatur quod in vsus asseruatur.

Dodecapharmacum.

℞. Ceræ albæ, drachmas viginti.
Terebinthinæ, }
Ammoniaci, } ana drachmas quatuordecim.
Resinæ pini. }
Lithargyri auri plumbo, sordibus & scoria purgati atque leuissime triti drachmas nouem.
Aristolochiæ rotundæ, } ana vnciam vnam.
Bdellij }
Myrrhæ, } ana drachmas quatuor.
Galbani }
Opopanacis, } ana drachmas duas.
Aeruginis }
Olei communis libras duas.

Bdellium & gummi infundantur in aceto duodecim horarum ſpatio ſuper cineribus calidis, poſtea leuiter bulliant, liquentur, colentur, & igne lento coquantur ad mellis craſſitiem, quibus igni detractis, ſed adhuc calentibus diluenda eſt Terebinthina. Interea lithargyrus in olei portione blando igne nutriatur, vt in emplaſtris fit: tum ſenſim olei reliquum affundatur & cera minutim conciſa, cum puluerata reſina, vt ſimul liquentur & continuo agitando permiſceantur. His ab igne ſemotis, gummi vt iam dictum eſt apparata, miſcebuntur: dein pulueres ariſtolochiæ & myrrhæ, tandem æruginis & fiet vnguentum.

Aegyptiacum.

℞. Mellis optimi drachmas quatuordecim.
Aceti fortis drachmas ſeptem.
Bulliant ſimul in vaſe figulino igne lento.
Poſtea adde æruginis puluerataæ drachmas quinque.
Coquantur ſimul ad aceti diſſipationem, ita vt vnguento ſua craſſities & purpureus color accedat.

Inulatum.

℞. Radicis inulæ mundataæ, in aceto cum aquæ quarta parte coctæ, tuſæ & cretæ libram vnam.
Axungiæ porci veteris, ſalitæ, } ana vncias tres.
Olei communis veteris }

Hydrargyri extincti, ſucci citri & fumariæ ana vncia vna.
Terebinthinæ claræ & non lautæ ana vncias duas.
Ceræ nouæ vnciam vnam.
Salis communis vnciam ſemiſſem.

Cera in oleo liquatur, axungia additur, dein inulæ pulpa, poſtea ſal exſiccatus & pulueratus, poſtremo hydrargyrus, cum ſucco citri & fumariæ in mortario diu agitatus & extinctus addita Terebinthina perfectè diſſoluitur, cæteriſque ab igne remotis adijcitur: quæquidem exquiſite mixta agitando coëunt in vnguentum. In quo hydrargyri quantitas augeri poteſt pro Medici prudentia.

Citreum.

℞. Chryſocollæ factitiæ ex Dioſcoridis & Galeni præcepto, id eſt, vrina pueri æſtiuo tempore in ærea pila ac piſtillo æreo agitata donec vnguenti conſiſtentiam acquiſierit
Marmoris albi ana drachmas duas.
Caphuræ drachmam vnam.
Corallij albi vnciam ſemiſſem.
Aluminis plumei,
Vmbilici marini, ſeu Belleri-
ci, aut Belliculi, } ana drachm. tres.
Gummi tragacanthæ,
Amily,

Cryſtalli,
Dentalij,
Entalij, vel potius porcellanæ
Thuris albi,
Nitri
} ana drachmas tres.

Ceruſæ ex radice ſerpentariæ majoris factæ vnciam vnam.

Ceruſæ venetæ drachmas ſex.

Fiat Puluis.

Tum accipe adipis ſuilli, ſalis expertis ac recentis libras duas.

Seui caprini,
Adipis gallinacei,
} ana vncias quatuor.

In vaſe figulino vitrato, vel ſtanneo liquefiant, & in illis per noctem macerentur, citrea mala duo minutim conciſa, mane leuiter coquantur, dein colentur. Interim puluis ſingulorum ſeorſim parabitur in mortario marmoreo cum piſtillo ferreo: ceruſa quod friabilis ſit, leui ad cribrum inuerſum attactu comminuitur: omnia vt decet læuigata, colatis adipibus adhuc calentibus miſceantur & rudicula lignea ſimul diu donec refrixerint ſubigantur. Nouiſſime vero Chryſocolla & caphura ſeorſim puluerata & ſeruata inſpergantur & permiſceantur, ſicque paratum vnguentum reponatur.

Supra dicti tantum pulueres in pharmacopolijs ſer-

uari debent, & vſus tempore dictis adipibus ſeruata proportione ſupradicta immiſceri.

Nicotianum.

℞. Foliorum Nicotianæ maioris libram vnam & ſemiſſem.
Apij libram ſemiſſem.
Axungiæ recentis libram vnam & ſemiſſem.
Macerentur ſimul per noctem cum vini rubri libra ſemiſſe.
Mane bulliant igni lento ad vini conſumptionem.
Colato, expreſſo: adde ſucci Nicotianæ vncias quatuor.
Apij vncias duas.
Coquantur ad liquoris conſumptionē. Dein adijce,
Ceræ citrinæ minutim conciſæ vncias duas.
Reſinæ abiegnæ puluerataæ vncias quatuor.
Quibus liquatis & ab igne ſepoſita pelui, medicamentoque media ex parte refrigerato, adde
Puluerisi Ariſtolochiæ rotundæ vncias duas.
Exquiſite miſceantur & fiat vnguentum.

Pomatum.

℞. Axungiæ ſuillæ recentis,
Seui hædi, à fibris purgatorum, } ana vncias quatuor.
liquatorum & colatorum
In vas vitreum mundum inijciantur, cum medul-

læ crurum & pedum veruecis vnciis quatuor

Quibus liquatis, & refrigeratis, in aqua primum limpida succussentur, qua effusa alia affundatur, idque pluries donec pura remaneat, tuncque bis aqua rosacea lauentur.

Iis dein commiscetur medullæ pomorum fragrantium libra semiss.

Postea igni blando committantur omnia, agitentur & simul feruefiant ad aquæ dissipationem, igni detrahantur & in vsum seruentur.

CRETA.

Ceratum album refrigerans Galeni.

℞. Ceræ albæ optimæ elotæ, & in frustula diuisæ vncias quatuor.

Olei rosati omphacini salis expertis libram vnam.

Liquentur ambo simul mista in vase duplici, postmodum refrigerentur, ac vbi modice coire cœperint, totum vas illud in quo continentur in aquam frigidissimam demittatur.

Cerato refrigerato & in pilam coniecto affunde paulatim & subigendo atque percutiendo commisce tantum aquæ frigidissimæ quantum in se dum cum ea emollitur accipere possit. Tandem paululum aceti tenuis vini albi & clari, id est, vncia semiss.

Misce & seruetur vsui.

Ce-

Ceratum Santalinum.

℞. Olei rosati omphacini, aut sæpius aqua rosarum loti quartaria quinque.
Ceræ albæ vncias quatuor.
Rosarum rubrarum drachmas duodecim.
Santali rubri drachmam vnam.
Boli vulgaris drachmas sex.
Spodij, seu eboris vsti,
Santali albi,
citrini, ana vnciam semissem.
Mastiches,
Absinthij
Caphuræ drachmas duas.

Simul puluerari debent santala, affusis inter contundendum aliquot aquæ rosaceæ guttis, sub finem addendæ sunt rosæ & vnâ puluerandæ: reliqua seorsim in puluerem redigi debent, dein simul misceri. Cera interim minutim concisa cum oleo super cineribus liquanda, quibus ferme refrigeratis pulueres commiscendi sunt, ita tamen vt caphura postremo loco ponatur, pauco oleo ac igne lento dissoluta: tum omnia simul agitanda subigendaque vt coëant in cerati spissitudinem.

Pompholygis præparatio.

Pompholyx, vel eius defectu cadmia læuigata,

vulgò tuthia dicta, antequam in vsum veniat ablui debet in hunc modum. Linteolo modice raro & mundo excepta atque ligata, in vase aqua limpida pleno huc illuc ducitur & agitatur, vt eius tenuior & vtilior pars in aquam effluat, crassior verò impurior & inutilis in linteo remaneat: residere sinitur & aqua effunditur atque alia denuo affusa idem opus repetitur, idque donec in linteolo nihil vtile maneat.



EMPLASTRA.

Diachylon ſimplex.

℞. Mucilaginis radicis Althææ,
Seminis Lini,
Fœnigræci, in aqua communi ſeorſim extractæ } ana libram vnã.

Lithargyri auri, plumbo, ſordibus & ſcoria purgati atque læuiſſime triti libram vnam & ſemiſſem.
Olei communis veteris & clari libras tres.
Fiat emplaſtrum.

Lithargyrum præparatum in vas igni impoſitum mitte, oleum paulatim affunde ſemper miſcendo ſpatha lignea lata, ita vt motu aſſiduo à fundo vaſis ſeparetur lithargyrus, vbi probe erunt miſta, potiorem mucilaginis partem affundito & coquito igne luculento, dum ea fere videbitur conſumpta: reſiduum paulatim adijce ſemper agitando, & blando igne coque in emplaſtri ſubſtantiam: hoc eſt dum bullare & bullas ſubſidere videris, atque ſtridorẽ edere deſinat: tum aufer igni: vbi refrixerit, formentur mãgdaleæ

alba papyro inuoluendæ & seruandæ. Præstat autem igni detrahere antequam omnino consumptæ sint mucilagines, ne diuturniore mora nigrescat emplastrum. Vbi maiori resolutione opus erit, in singulas libras singulæ vnciæ radicis iridis tritæ inspergentur.

Diachylon magnum.

℞. Lithargyri puri, triti & creti,
Olei chamæmelini,
Anethini } ana libram vnam.

Mucilaginum ficuum pinguium,
Vuarum passarum,
Ichthyocollæ,
Seminis lini,
Fœnigreci, } ana drachmas duodecim & semiss.

Succorum ireos,
Scillæ,
Oesipi

Terebinthinæ vncias tres.

Resinæ pini,
Ceræ flauæ } ana vncias duas.

Misce & fac Emplastrum.

Præparatus Lithargyrus cum oleo & mucaginibus lini & fœnigræci agitandus, vt ante dictum est, nutriendus & coquendus lento igne, quibus prope consumptis, adijciendæ sunt ficuum & vuarum mucilagines, assidue mouendo & versando spatha li-

gnea lata, donec fere coctæ sint & serum dissipatum fuerit: postea ichthyocolla ponitur succis ireos & scillæ diluta, coquiturque ad succorum absumptionem: quibus omnibus adhuc igni stratis, cera liquanda & resina pini: igni verò substractis, terebinthina & oesipus miscenda assidue mouendo, vt tota mixtura in emplastri coëat crassitudinem.

Succus scillæ facile & magna copia extrahetur, si scilla integra, pulticula triticea probe subacta inuoluatur, & in clibano parum coquatur, dein ea ablata, scilla torculari fortiter exprimatur.

Fiet Emplastrum Diachylon magnum cum gummi, si mediæ parti huius massæ, addantur.

Bdellij,
Sagapeni, } ana vncia vna.
Ammoniaci }

Prius tamen vino dissolui debent, colari & coqui ad mellis crassitiem & cum his terebinthinæ media portio, in hunc finem asseruata misceri.

Emplastrum de Meliloto.

℞. Meliloti nostratis vncias sex.
Radicis althææ,
Cimarum Absinthij vulgaris,
Sampsuci, seu maioranæ vulgaris, } ana drachm. tres.
Seminis fœnigræci,

Baccarum lauri,
Florum chamæmeli } ana drachmas tres.

Radicis ireos
Cyperi,
Spicæ Nardi,
Caſſiæ ligneæ, id eſt craſſioris cinamomi,
Seminis Apij,
Ammeos.
Cardamomi } ana drachmam vnam & ſemiſſ.

Ammoniaci drachmas decem.
Styracis,
Bdellij } ana drachmas quinque.
Terebinthinæ vnciam vnam & ſemiſſ.
Ficus pingues numero duodecim.
Seui caprini,
Reſinæ pineæ } ana vncias duas & ſemiſſ.
Ceræ vncias ſex.
Olei de ſpica vncias duas.

Seuum caprinum, reſina & cera in oleo de ſpica liquentur, his ficus pingues in decocto meliloti chamæmeli & fœnigręci maceratę, tritę ſeorſim in pila marmorea & cretę addantur, cum mucilaginibus radicis althææ & fœnigræci extractis cum eodem decocto: his igni ſubſtractis, adijciantur ammoniacum

& Bdellium aceto soluta, colata & ad mellis crassitiem cocta, cum quibus Terebinthina mixta sit: postremo reliquorum pulueres creti: quibus omnibus probe subactis & in pilam æneam missis atque pistilo candente validissime agitatis fiat emplastrum, vel potius ceratum.

Primo autem loco radices sunt terendæ, secundo semina, tertio herbæ & flores, tum cinamomum & styrax, sed vtrumque seorsim, priusquam cribro trajciantur & misceantur omnia.

Oxycroceum.

℞. Croci vnciam vnam.
Picis naualis,
Colophoniæ, } ana vncias quatuor.
Ceræ
Ammoniaci
Terebinthinæ,
Galbani,
Myrrhæ, } ana vnciam vnam & semiss.
Thuris,
Mastiches,
Bdellij
Opopanicis, } ana drachmas tres.
Fœnigræci,

Cera, pix naualis & colophonia simul liquentur ex olei mastichini vnciis duabus, quibus misceantur

galbanum, ammoniacum & bdellium, prius aceti scillitici, succi scolopendrij & cuscutæ ana partibus æquis vna nocte macerata, postridie liquata igni, colata & in alio vase cocta ad debitam consistentiam, id est ad aceti & succorum deperditionem, & cum terebinthina mixta: postremo vbi mixtura refrigerari incipit, puluis mastiches, thuris, opopanacis, fœnigræci & myrrhæ, singulorum seorsim paratus, cretus & vnitus injciatur, semper agitando vt in emplastrum abeat, quod vbi refrixerit, super marmor oleo inunctum diffundatur & crocus puluerατus inspergatur, manibusque oleo inunctis formentur Magdaleæ.

Emplastrum de Betonica.

℞. Succorum Betonicæ,
Plantaginis, } ana libram vnam.
Apij ———
Succorum Verbenæ,
Pimpinellæ,
Ceræ flauæ, } ana libram semiss.
Resinæ pini,
Picis naualis,
Terebinthinæ,
Mastiches vnciam vnam.

Cera, resina & pix nigra liquentur, cum succis colatis & non depuratis: quibus liquatis, adde foliorum betonicæ

betonicæ manipulos duos, plantagins & apij ana manipulum vnum.

Coque ad succorum consumptionem: tum adde Terebinthinam & ab igne remoue, atque exprime: vbi refrigerari cœperit mastichem pulueratam permisce.

Emplastrum diuinum.

℞. Galbani } ana vncias duas & drachmas duas.
Myrrhæ }
Ammoniaci vncias tres & drachmas tres.
Opopanacis }
Masticbes }
Aristolochiæ longæ, } ana vnciam vnam.
Æruginis, _____ }
Lithargiri, } ana libram vnam & semiss.
Olei communis }
Ceræ nouæ vncias octo.
Thuris masculi vnciam vnam & drach. vnam.
Bdellij vncias duas.
Magnetis vncias tres.

Lithargyrus tenuissime tritus, & vt decet repurgatus horas duodecim cum oleo ducendus, agitandus & nutriendus ac lento igne semper mouendo (eoque diligentius quod parua in hoc emplastro sit olei copia) vt sæpius dictũ est coquendus supra mellis crassitudinem, tum cera additur minutim concisa, ea

liquata igni aufertur, addunturque galbanum, ammoniacum, opopanax & bdellium si molle est, ex aceto, vel vino tenui dissoluta, colata & ad humiditatis aquosæ discussionem & euaporationem cocta: non tamen affatim admiscerí debent, sed primum eorum portiuncula quædam, deinde paulatim residuum semper agitando: deinde puluis inspergitur myrrhæ, mastiches, thuris, Aristolochiæ & magnetis seorsim paratus: postremo æruginis, ne hac diutius cocta emplastrum nimis rubrum euadat; sit tamen medicamentum adhuc valde calidum, alioquin ob solidam eius duritiem ægrè permiscerentur omnia.

Emplastrum de Lithargyro.

℞. Lithargyri præparati olei rosacei ana libras duas.

Lithargyrus cum oleo dissoluitur, nutritur assidua agitatione spathula lignea, igne lento coquitur donec emplastri molliusculi consistentiam acquisierit.

Diachalcanthou, vulgò Diapalma.

℞. Adipis Suilli, veteris, sine sale & fibris libras duas.

Chalcanthi, seu vitrioli albi vncias quatuor.

Lithargyri præparati } ana libras tres.
Olei veteris }

Adeps & oleum liquantur prunis non acribus,

iisque inspergitur lithargyrus præparatus & cum iis nutritur, coquiturque semper agitando tribus Mespili ramis recentibus, vbi cerati crassities erit, inter coquendum rami tenelli deradentur & minutim concisi inijcientur cum vitriolo albo puluerato, subigenturque continenter, rursumque coquetur ceratum donec digitos non inquinet, veramque emplastri temperaturam sit assequutum.

Emplastrum de Absinthio.

℞. Absinthij vulgaris vnciam semissem.
Menthæ,
Maioranæ,
Rosarum rubrarum } ana drachmas tres.
Zingiberis,
Nucis moschathæ,
Caryophyllorum,
Cinamomi, } ana drachmas duas.
Thuris,
Aloës hæpaticæ,
Beniuini
Seminum quatuor calidorum maiorum ana drachmam vnam.
Olei de Absinthio vncias quinque.
Ceræ flauæ libram semissem.

Cera cum oleis liquetur, deinde Thus, Aloë, Beniuinum addantur, tandem reliqua subtilissime trita,

& creta continuo agitando misceantur, donec in emplastrum coëant.

Emplastrmm de Ranis, vulgò de Vigo.

℞. Lumbricorum terrestrium, floridorum, vino ablutorum vncias tres & semiss.
Ranas viuétes, aquaticas, maiusculas numero sex.
Pinguedinum Porci libram vnam.
Vituli libram semissem.
Vini odori libras duas.
Bulliant simul ad tertiæ partis vini consumptionem.
Quibus adijce Matricariæ,
Stœchados, } ana manipulum vnum.
Schœnanthi }
Bulliant iterum ad vini deperditionem. Postea admisce,
Olcorum Chamæmeli }
Anethi, }
Liliorum, } ana vncias duas.
Laurini }
Succorum radicis ebuli, }
Inulæ, } ana vncias duas.

Paulo post axungiæ viperæ vncias duas & semiss. Coquanturque ad humoris aquei dissipationem & fortiter exprimantur.

In percolato iure agitando nutriatur & iugiter versando coquatur igne mediocri, lithargyri auri

præparati libra vna.

Donec in formam vnguenti redigantur: tumque ceræ flauæ & olei de ſpica ana vnciæ duæ. Addantur & liquentur. His verò ab igne remotis.

Thuris drachmæ decem.
Euphorbij drachmæ quinque.
Myrrhæ drachma vna.

Seorſim puluerata conijciantur.

Deinceps Terebinthinæ claræ vnciæ duæ.

Mixtæ cum Styracis liquidæ officinarum vncia vna & ſemiſſe.

Quibus eo ordine mixtis, baculo ligneo verſatis, vnitis & refrigeratis ſuper marmor oleo inunctum diffundantur & croci puluerati drachma vna inſpergatur, manibuſque oleo inunctis fiant Magdaleæ, ex media tantum parte: qua ſepoſita, alteri, hydrargyri per alutam traiecti & cum Terebinthinæ ſupradictæ portione extincti vnciæ duæ.

Exacte permiſceantur, terantur, ſubigantur, & in formam emplaſtri reducantur.

Emplaſtrum ad Herniam.

℞. Pellem integram arietis iuuenis cum lana recens extractam & minutim conciſam, vel eius defectu mediam partem adulti.

Lumbricorum terreſtrium, floridorum, in aqua ſæpius, tandem in vino lotorum & expurgatorum vncias ſex.

Coque in aquæ puriſſimæ libris duodecim.
Addendo ſub finem vini auſteri libras quatuor.
Ad pellis diſſolutionem & integram putrilaginem.
Cola & prælo fortiter exprime.
In Colato redacto circiter ad libras ſex.
Coque baccarum viſci querni vncias quatuor.
Donec contabuerint & decocti tertia pars abſumpta fuerit. Coletur ius ad libras quatuor, quod concreſcet inſtar ichthyocollæ vel gelatinæ.
Interim accipe Lithargyri auri præparati libras duas.
Diſſolue in alio vaſe æneo & miſce
cum olei maſtichini,
Cydoniorum } ana libra vna.
Addendo libram vnam decocti concreti prius deſcripti, atque vaſe impoſito lento igni coquatur ſemper mouendo ſpathula lignea & poſtea ſenſim & partitis vicibus addatur reſiduum decocti concreti, ita vt lithargyrus perfecte nutriatur & totum decoctum abſumptum ſit & ad cerati conſiſtentiam tota compoſitio redacta ſit.
Tum adde picis naualis,
Colophoniæ } ana vncias ſex.
Ceræ rubræ, natura non arte talis vncias quatuor.
Quibus liquatis, probe mixtis & ab igne remotis adde Terebinthinæ Venetæ vncias tres.
Deinde inſperge puluerem ſequentem.

℞. Ferruginis molaris præparatæ libram vnam.
Sanguinis humani temperati exsiccati in vmbra.
vncias tres.
Corticis mediani quercus,
Radicis consolidæ maioris,
& minoris,
Osmundæ regalis, } ana vnciam vnam.
Gallarum,
Nucum cupressi,
Cupularum glandium
Malicorij,
Boli Armeniæ } ana vnciam vnam.

Fiat omnium puluis, qui cum prædictis misceatur, diu subigatur & emplastrum fingatur.

Phœnigmus.

℞. Seminis sinapis,
Euphorbij, } ana drachmam vnam.
Piperis longi
Seminis staphidis agrias, } ana drachmas duas.
Radicis pyrethri
Cantharidum integrarum vnciam semissem.
Resinæ,
Ceræ citrinæ } ana drachmas sex.
Picis Burgundiæ, } ana vnciam vnam.
Terebinthinæ

Euphorbium seorsim puluerandum est cum vna

aut altera olei guttula : cætera simul teri debent & in puluerem redigi.

Cera, resina & pix Burgundiæ liquentur cum terebinthina, iisque ab igne remotis pulueres admisceantur & agitando redigantur in emplastrum.

FINIS.

PONDERA.

Granum hordei modice crassum	cuius signum ℈. j.
Scrupulus pendet grana viginti	cuius signum ℈.
Drachma continet scrupulos tres.	cuius signum ʒ
Vncia pendet drachmas octo	cuius signum ℥
Libra medica est vnciarum duodecim	cuius signum ℔



SECTIONES NOVEM HOC OPERE CONTENTÆ.

Sectio
- Prima est de Aquis Stillatitiis, Acetis, Succis & Decoctis. fol. 1.
- Secunda de Syrupis, Conseruis, & Mellitis compositionibus. 12
- Tertia purgantes compositiones continet Electaria mollia, Solida, Hieras. 29
- Quarta Pilulas. 43
- Quinta Pulueres & Antidotes humidas. 48
- Sexta Trochiscos. 69
- Septima Olea. 81
- Octaua Vnguenta & Cerata. 99
- Nona Emplastra. 115



INDEX

ordine alphabetico.

ACETVM

Rosaceum. 9
Scilliticum. 10
Stillatitium. 9

Antidoti humidæ. 58
Antidotus grassáte peste. 58
Confectio de Hyacintho. 59
Confectio è Cocco Baphico. 61
Mithridatium. 66
Theriace. 62

Aquæ stillatitiæ simplices. 1

Artemisiæ. 3
Borraginis & Buglossi. 2
Cardui benedicti 2
Chelidonij 2
Cichorij. 2
Euphrasiæ. 3
Fœniculi. 3
Fumariæ. 2
Halicacabi. 3
Hyssopi. 4
Lactucæ. 1
Melissæ. 4
Nymphææ. 4
Oxytriphylli. 2
Papaueris albi & nigri.
Papaueris erratici. 3
Parietariæ. 2
Pimpinellæ. 5
Plantaginis. 4
Portulacæ. 1
Primulæ veris. 5
Rosarum. 3
Saluiæ. 3
Saxifragi. 3
Scabiosæ. 2
Scordij. 3
Solani.
Vlmariæ. 2

Aquæ compositæ. 6

Aluminosa. 9
Cinamomi. 6
Secunda. 8
Theriacalis. 6

Aqua vitæ seu spiritus vini. 8

Balsamum. 97

Cerata. 112

Refrigerans Galeni. 112
Santalinum. 113

Conseruæ. 23

Betonicæ. 26
Borraginis & Buglossi. 26
Mellissæ. 26
Nymphææ. 25
Rosarum. 25
Violarum. 25

Decocta. 11

Ptisanæ communis. 11
Clysteris. 11

Electaria Solida. 40

Electarium de Citro. 41

Diaturpethi. 40
& Succo rosarum. 40

Emplastra. 115

Ad Herniam. 125
de Absinthio. 123
de Betonica. 120
de Lithargyro. 123
de Meliloto. 117
de Ranis seu de Vigo. 124
Diachylon magnum. 116
Diachylon simplex. 115
Diuinum. 121
Oxycroceum. 119

Mellitæ Compositiones.

Hydromeli vinosum. 15
Mel Mercuriale. 28
Mel rosatum. 27
Mel violatum. 27
Oxymeli simplex. 14
Mel sennatum seu diasenna. 28

OLEA.

Olea. Sponte nascentia. 81
Balsamelæum. 81
Petroleum. 81
Olea per expressionẽ elicita. 81
Amygdalarum amararum. 82
Amygdalarum dulcium. 81
Caryinum. 82
Completum. 81
Laurinum. 82

Myrtinum. 83
Omphacinum. 81
Proprie dictum completum. 81.
Virgineum. ibid.
Oleum è Vitellis ouorum. 83

Olea destillatione extrahenda. 83

Ceræ. 84
Spicæ seu lauendulæ. 83
Succini. 85
Sulphuris. 86
Terebinthinæ. 84

Olea infusione & coctione medicata. 89

Oleum Absinthij. 93
Anethi. 93
Capparum. 95
Castorei. 97
Chamæmelinum. 92
Cydoniorum. 94
Euphorbij 94
Hyperici. 92
Liliorum. 91
Lumbicorum. 96
Mastichinum. 93
Nymphæx. 91
Papauerinum. 94
Rosaceum. 89
Rosaceum Omphacinum. 90
Scorpionum. 97
Violarum. 90
Vulpinum. 96

Phœnigmus. 127

Pilulæ. 43

De Cynoglosso. 44
Diacolocynthidos. 44
Hypnoticæ. 45
Imperiales seu Catholicæ. 43
Mochlicæ. 45
Rufi seu pestilentiales. 43
Stomachicæ vulgo ante cibũ. 43

Pondera. 128

Præparationes quorumdam medicamentorum.

Euphorbij. 47
Hydrargyri. 57
Laccæ. 52
Scillæ. 71
Lapidis Cyani vulgo lazuli. 61
Lumbicorum. 96
Nitri. 56
Pompholygis. 113
Scobis Chalybis. 55
Tartari Cremor. 55
Viperarum. 69
Vulpis. 96

Pulueres. 48

Contra vermes. 54
De Chalybe. 54
Diamargaritum frigidum. 48
Diarhodon. 50
Diatragacanthi frigidi. 48
Diatrium Santalon. 51
Diaspermaton. 52
Exphracticus seu de Rubia. 51

Purgantes cõpositiones. 29

Confectio hamech vel Diacolocynthidos. 35
Confectio vniuersalis. 31
Diaphœnicon benedictum. 32
Diaprunun simplex. 29
Diaprunum solutiuum. 30
Electarium Diasaru. 39
Hiera simplex. 36
Hiera Diacolocynthidos. 37
Hydragogum. 38
Vinum Emeticum. 40

Spiritus.

Vitrioli. 87
Salis. 88

Succi.

Fumariæ. 10
Rosarum pallidarum. 10
Limonum. 10
Oxyacanthæ. 10
Cydoniorum. 10
Ceraforum. 10
Sapa. 10

Syrupi. 12

Capillarium. 17
de Cichorio simplex. 15
de Cichorio cum Rheo. 16
Cydoniorum. 20
Granatorum. 13
de Ibisco. 21
Limonum. 12
Nymphææ. 18
Oxyacanthæ vulgo Berberis. 14
de Papauere seu Diacodium. 18
Papaueris erratici. 19
Persicorum. 23
de Pomis simplex. 22
Simplex sine igne. 22
Depomis laxatiuus. 23
de Ramno solutiuo. 24
de Ribes. 13
Rosarum siccarum. 17
de Tussilagine. 24
Violatus. 19

Trochisci. 69

de Agarico. 78
Albi Rasis. 70

de Caphura. 78
de Capparibus. 73
de Colocynthide vulgo Alhandal. 79
Cypheos. 73
de Eupatorio. 74
Halicacabi. 75
Halicacabi cum Opio. 76
Hedychroi. 71
de Myrrha. 76
de Scilla. 70
de Terra Lemnia. 77
Theriaci. 69

Vnguenta. 99

Vnguentum album. 101

Aegyptiacum. 100
de Althæa. 103
Aregon. 104
Aureum. 106
Basilicum. 106
Citreum. 109
Diapompholygos. 102
Dodecapharmacum. 107
Inulatum. 108
Nicotianum. 111
Pomatum. 111
Populeum. 100
Rosarum. 99
Rubrum exsiccans. 103
Stypticum. 101.

Summa Priuilegij.

LVDOVICI XIII. Galliarum & Nauarræ Regis diplomate cautum est ne quis in ipsius regno aliisue locis eius ditioni subiectis, intra proximos annos sex, à die primæ impressionis inchoandos, excudat, vendat, excudendum vendendumque quouis modo ac ratione curet, librum qui inscribitur, *Codex Medicamentarius Parisiensis, &c.* neque per partes aut seorsim latine aut Gallice, per extraneos aut alia quacunque via editionem procurando, præter *Oliuarium de Varennes*, bibliopolam Parisiensem, aut illos quibus ipse concesserit idque cautum sub pœnis originali diplomate contra delinquentes expressis. Datum Challotij vigesima octaua die Iunij anno 1638.

ex mandato Regis.
Signatum,
CONRAT.

Absolutum est opus die vltima Septembris 1638.

ECOLE SUPERIEURE DE PHARMACIE DE PARIS
BIBLIOTHEQUE